



# **Cornelii Valerii Ultrajectini Grammaticarum institutionum libri IIII**

<https://hdl.handle.net/1874/347838>



171



Litterae Latinae  
Quarto n°. 60.

Handwritten marginal notes in the top right corner.

Handwritten Latin text on the left page, starting with a large decorated initial 'D'.

Handwritten Latin text on the right page, starting with a large decorated initial 'D'.



D P

Alar  
Manderscheyt

Johannes Gerhart Manderscheyt. hunc librum possidet



Handwritten text, possibly a signature or title, in a cursive script, located in the upper right quadrant of the page.

N. 121. a

n. 14. a.

X. qu. 60

CORNELII VALERII VLTRAIECTINI  
GAMMATICARVM INSTITVTIO-  
NVM LIBRI IIII.

I

*Prima grammatices latinae rudimenta.*

2

*Institutiones Grammaticae. In quibus genera nominum cum declinationibus prater vulgarem grammaticorum in tradendis. praeceptis morem cōiuncta sunt, itēque praterita uerborum cum supinis.*

3

*Orationis latinae syntaxis seu constructio.*

4

*De carminum ratione, seu de uersibus faciendis.*

*Nunc diligentius ab authore multis locis recogniti & aucti.*

*S* Johannes Gerardus Petrus Paris  
Ex domo E. Rollin.

LVTETIAE

*Apud Vascosanum, uia Iacobae ad insigne Fontis.*

M. D. L.

CVM PRIVILEGIO.





AD LECTOREM.

Grammatices latinæ præcepta maximè pueris necessaria, & quæ tuto iã sequi possint, quatuor his libris absoluta complexus sum, quorũ primus tantum rudimenta continet, ac ueluti præparationem quãdam ad eam institutionum partem, quæ est de etymologia, quæ sunt nuper à nobis dictata Philiberto & Iacobo D. Hieronymi à Seroeskerck, equitis aurati filijs, optimæ spei pueris. In altero libro præter uulgarem grammaticorum in docendo morem, de genere & declinatione nominũ coniunctim præcepta tradidi. Tertius orationis latinæ constructionis cõtinet, quas diligenter ad usitatum probatissimorum lingua latinæ authorum sermonẽ perpendi. Quartus carminum rationem breuissimè complectitur. Quos quidẽ duos ante biennium dictaram magnæ spei adolescenti Ioanni Francisco Comiti à Renuenberch Domino in Zulẽ &c. Sed ut prædessem pluribus, efflagitatos iam sapius à multis libellos in discipulorum charissimorum nomine diuulgandos curauì. & ne quid in me puerorum institutores amplius desiderent, consilio etiã iuuare studui, quos hic oratos uolo, ut prima illa præcepta sermone uernaculo propriè ac perspicuè pueris explicent, eademq; sine acerbitate sapius inculcata repetant. Interim faciles aliquot & elegantes sententiolas præceptis omnibus intermiscant, ut uocabula rerum deleta & bene latina iam cum pueri cognoscere incipiant. Siquid præterea de puerorum institutione uidebitur admonendum, id suo loco monstrabitur: ac primo quidem post uerborum coniugationes libelli primi, quo rudis ætas ad absolutas grammaticas institutiones præparabitur: deinde initio ipsarum institutionum: tum extremo libro tertio, qui est de Syntaxi: postremo in ultimi opusculi calce.

PRIVILEGIUM.

Regio diplomate cautum est, nequis alius præter Vasco sanum has institutiones grammaticas Cornelij Valerij ante sexennium imprimat, nèue uendat: qui secus fecerit, libris & pœna in sanctione æstimata multabitur. Lutetia Parisiorum. V. Calend. Octob. M.D. XLIX.

CORNELII VALERII VLTRAIECTINI

GRAMMATICARVM INSTITV-

TIONVM LIBRI IIII.

*De primis Grammatices latinae rudimentis.*

*De institutionibus grammaticis post prima rudimenta.*

*De orationis latinae syntaxi, seu constructione.*

*De carminum ratione, seu uersibus faciendis.*

*Nunc diligētius ab authore multis locis recogniti & aucti.*

*Johannes verhardus verhardopetrus heros  
hujus Libri possessor est*

LVTETIAE

*Apud Vascosanum, uia Iacobæa ad insigne fontis.*

M. D. L.

CVM PRIVILEGIO



Admonitio.

Omnia præcepta sermone uernaculo proprie & perspicue pueris explicentur, eademque sine acerbitate sapius inculcata repetantur. Interim faciles aliquot & elegantes sententiola obiter intermisceantur: ut uocabula rerum iam tum pueri cognoscere incipiant. siquid præterea de puerorum institutione uidebitur admonendum, id suo loco indicabitur: primò post uerborum coniugationes huius libelli primi, quo rudis ætas ad absolutiores grammaticas institutiones præparabitur: deinde initio ipsarum institutionum: tum in extremo libello tertio, qui est de latine orationis constructione: postremò in ultimi opusculi calce.

Horatius.

Quicquid præcipies esto breuis: ut cito dicta  
Percipiant animi dociles teneantque fideles.

PRIVILEGIUM

Regio diplomate cautum est, ne quis alius præter Vasosanum, has institutiones grammaticas Cornelij Valerij ante sexennium imprimat, neue uendat: qui secus fecerit, libris, & pœna in sanctione æstimata multabitur. Lutetia Parisiorum V. Cal. Octob. M D. XLIX.

Barillon.

L A T I N A S

M. D. L.

CVM PRIVILEGIO





VID est Grammatica? Est certa loquendi & scribendi ratio ex optimorū lingua latina auctorū lectione profecta Vnde nomen accepit ars grammatica? A literis.

Grāmaliteva.

Quot sunt omnino literae? Tres & uiginti. Quae sunt?

Σοκεία . . . ελεμ . . . φα

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s s t u x y z.

a be ce de e of ge ha i ka elem en o pe qu er es te u ix y zeta.

Quot sunt ex his Graeca literae? Tres. Quae? k y z.

K litera nostra tes utuntur in exprimendo sono, quem c litera nunc refert tantum ante o

κ ω υ η ε ν τ α

Quot sunt uocales? Quinque Latinae, & una Graeca. Quae sunt? a, e, i, o, u, y.

Cur sic dictae sunt? Quod per se uocem edant.

Quot sunt ex uocalibus, quae consonantes fieri possunt? Duae. Quae? i & u.

u, cum sit alioqui sonus idē & nostri & Graecorum u.

δ υ μ φ ω ρ α

Quando? Cum in eadem syllaba uocalibus alius praeposuntur: ut iuuo.

Quot sunt consonantes? Reliquae literae omnes praeter uocales, & litteram h, quae est aspirationis tantum nota.

Η μ ι φ ω ρ α

Cur appellatae sunt consonantes? Quod cum uocali iunctae sonent.

Σ υ μ φ ω ρ α

Vnde fiunt diphthongi? Ex uocalibus geminis.

Quid est diphthongus? Est duarum uocalium in unam syllabam contractus sonus.

Quot sunt diphthongi? Quatuor. Quae? ae, oe, au, eu. quibus addi potest quinta ei. quarum a & oe nunc pronunciantur ut e.

Quid fit ex literis? syllaba. Quid ex syllabis? Dictio. Quid ex dictionibus? Oratio.

Syllaba fit ex literis cum uocali coniunctis. Sine uocali nō quā sit syllaba. Sape uocalis una syllabam

π ε ρ ι μ ε ρ ο ρ π ε λ ο γ ο υ

Quot sunt partes orationis? Octo. Quae sunt? Nomen, Pronomen, Verbum, Participium, Aduerbiū, Coniunctio, Praepositio, Interiectio.

Quot sunt ex his partes declinabiles? Quatuor. Quae? Nomen, Pronomen, Verbum, Participium. Aduerbiū, Coniunctio, Praepositio, Interiectio.

flexibiles

QUID EST NOMEN?

Nomen est pars orationis, quae cum casu, corpus aut rem, sine tempore significat, uel proprie: ut Philibertus, Roma, Rhenus; uel communiter: ut homo, urbs, fluius, bonus. &c.

Quotplex est nomen? Duplex. substantiuum & adiectiuum.

Substantiuum adiectiuum ut substantiuus adingat, & postulat aut infinitiuum sine A uerbum sine passiuum: At Substantiuum magis genitiuum ut Tu es dignus habere opes: et es dignus honore Tempus & Sudi, locus & exposulandi



PRIMA GRAMMATICES

Quod est nomen } Substantiuum? Quod per se uerbo subiectum est: ut puer. vel, cui potest addi, bonus, malus, magnus, paruus: ut bonus equus, &c.  
 } Adiectiuum? Quod sine substantiuo suppositum esse uerbo non potest: ut bonus. vel cui potest addi, res: ut bona res.

Nec enim orationem absoluit nomen adiectiuum cum uerbo, nisi adiectiuum substantiuo: ut puer bonus discit.

Quot accidunt nominibus? Octo. Quae? } Qualitas      Figura  
 } Comparatio    Species  
 } Genus          Casus  
 } Numerus        Declinatio.

DE QUALITATE.

Quotuplex est qualitas in nomine? Duplex. Propria & appellatiua.

Quod est nomen } Propriae qualitatis? Quod uni tantum rei proprium est: ut Mars, Venus, Aeneas, Dido, Carthago, Ossa, Tyberis, & alia nomina propria.  
 } Appellatiuae qualitatis? Quod pluribus rebus commune est: ut deus, dea, uir, mulier, urbs, mons, fluuius: vel quod non est proprium.

DE COMPARATIONE.

Quae nomina comparantur? sola adiectiua, quorum significatum augeri uel minui potest.

Quot sunt gradus comparationis? Tres. Qui? } Positiuus  
 } Comparatiuus  
 } Superlatiuus.

Quod est nomen } Positiui gradus? Est prima uox adiectiui, unde comparatiuus & superlatiuus formantur: ut sanctus, fortis.  
 } Comparatiui gradus? Quod supra positiui significationem magis significat: ut hic haec sanctior, fortior: & hoc sanctius, fortius.  
 } Superlatiui gradus? Quod supra positiui significationem ualde uel maxime significat: ut hic sanctissimus, fortissimus, haec sanctissima, fortissima, hoc sanctissimum, fortissimum.

DE GENERE.

Genus est sexus discretio.

Quot sunt genera nominum? septem. Quae? Masculinum, foemininum, neutrum,



trum, commune, omne, dubium, & epicœnum.

Quod est nomen generis	}	Masculini? cui hic	} prœponitur (in flecten- do, ut	hic uir
		Fœminini? cui hæc		hæc mulier
		Neutrii? cui hoc		hoc animal
		Communis? cui hic & hæc		hic & hæc fur
		Omnis? cui hic hæc hoc		hic hæc hoc audax
		Dubij? cui hic uel hæc		hic aut hæc dies.
Epicœni? Quod uno genere utrunque sexum complectitur, ut hic passer, hæc aquila. Quâquam hæc uere quod ad qualita- tem uocum pertinet, uel masculina uel fœminina sunt.				

Trium generiũ  
nota sunt: hic,  
hæc, hoc.

Commune genus est, quod utrique sexui conuenit, & de maribus gene-  
re masculino, de fœminis genere fœminino dicitur. Dubium genus est, quod  
eodem significatu nunc masculinum, nunc fœmininum reperitur.

## DE ADIECTIUIS ANNOTATIO.

Adiectiua sunt triplicia: nomina multa, pronomina & participia omnia.  
sunt que omnia generis omnis. Quorum alia tres uoces habent, ut hic  
beatus, hæc beata, hoc beatum: ipse, ipsa, ipsum: ditatus, ditata, ditatum.  
Alia duas, ut hic & hæc comis, & hoc come: hic & hæc beatior, &  
hoc beatius. Alia unicam, ut hic hæc hoc fœlix, ego, discens.

## DE NUMERO.

Quot sunt numeri? Duo. Qui? } Singularis, qui unam rem significat, ut  
puer, pueri, puero, &c.  
} Pluralis, qui plures res significat, ut pueri,  
puerorum, &c.

## DE FIGURA.

Quotuplex est figura? Duplex. } Simplicis figura? Quod diuidi non potest  
} in partes significantes: ut ius, res, prudēs.  
Quomodo? simplex & cõposita. } Compositæ figura? Quod potest diuidi, ut  
} in iurandum, respublica, imprudens.  
Quod est nomen

## DE SPECIE.

Quotuplex est species? Duplex. Quo- } Primitiua speciei? Quod à nullo de-  
modo? Primitiua & deriuatiua. } riuatur: ut aurum, ferrum.  
} Deriuatiua speciei? Quod deriuatur  
} ab alio: ut aureus, ferreus, a. um.



PRIMA GRAMMATICES

DE CASV.

Nominatiuus  
& uocatiuus  
recti uocantur,  
ceteri casus, ob-  
liqui.

Quot sunt casus  
nominum? sex.

Qui?

Nominatiuus, est rei nomē: uel id quod agit, seu patitur.  
Genitiuus, significat rem, cuius aliquid est.  
Datiuus, cui tribuitur, uel cui fit aliquid.  
Accusatiuus, id quod efficitur.  
Vocatiuus, quo uocamus uel compellamus.  
Ablatiuus, in quo prepositio subauditur.

DE DECLINATIONE.

Quid est declinatio? Est dictionum per casus in fine uariatio.

Quot sunt declinationes nominum? Quinque. Quae sunt? Prima, Secunda, Tertia, Quarta, Quinta.

Quod est nomen

Primae declinationis? Quod habet a in genitio, & a in datiuo, ut Musa, musae, musae. & in genitio plurali, arum.  
Secundae declinationis? Quod habet i, in genitio, & o, in datiuo, ut magister, magistri, magistro. & in genitio plurali, orum.  
Tertiae declinationis? Quod habet is, in genitio, & i, in datiuo, ut sacerdos, sacerdotis, sacerdoti. & in genitio plurali, um.  
Quartae declinationis? Quod habet us, in genitio, & ui, in datiuo, ut fructus, fructus, fructui. & in genitio plur. uum.  
Quintae declinationis? Quod habet ei in genitio, & ei in datiuo, ut species, speciei, speciei. & in genitio plurali, erum.

Formae flectendi nomina quinque declinationum per omnes casus, in quibus obseruanda sunt primum regulae tres, quae sunt, Datiuus & ablatiuus plurales semper ijdem sunt. Item nominatiuus & uocatiuus plurales ijdem sunt. Neutorum sunt tres casus similes, Nominatiuus, accusatiuus, & uocatiuus, qui in plurali numero ferè exeunt in a.

INFLEXIO PRONOMINIS, hic.

Articulis caret Latinus.

Articulorum loco usurpantur uulgò haerium generū notae: hic, haec, hoc, quae nominibus inflectendo praeponi solent, quae sic declinantur.

Singulariter.

Genere { Masculino hic, huius, huic, hunc, o } hoc  
          { Feminino haec, huius, huic, hanc, carent, ab } haec  
          { Neutro hoc, huius, huic, hoc } hoc

pluraliter



Pluraliter.

Genere	{	Masculino	hi, horum, his, hos, o	{	his
		Fœminino	hæ, harum, his, hæ, carent, ab		his
		Neutro	hæc, horum, his, hæc,		his.

Primæ declinationis terminationes sunt a, as, es, e.

Nominatiuus, Genitiuus, Datiuus, Accusatiuus, Vocatiuus, Ablatiuus.

Sing. hæc Musa	musæ	musæ	musam	musæ	musæ.
Plur. hæc Musæ	musarū	musis	musas	musæ	musis.
Sing. hic Aeneas	Aeneæ	Aeneæ	Aeneā uel, an	Aeneæ.	Aeneæ.
Sing. hic Anchises	Anchisæ	Anchisæ	Anchisen	Anchise	Anchise
			uel, am	uel, a	uel, a.
Sing. hæc Penelope	Penelopes	Penelopa	Penelopen	Penelope	Penelope.

Propria cuiusque rei nomina ex natura sua plurali numero carent.

Leguntur tamen tres Ioues, duo Decij, &amp;c.

In plurali numero si flectenda sint illa superiora, uariabuntur ut musæ, Aeneæ, Aenearum, &amp;c.

De secundæ declinationis terminationibus,

er, ir, ur, us, um, eus.

Nominatiuus, Genitiuus, Datiuus, Accusatiuus, Vocatiuus, Ablatiuus.

Sing. hic Magister	magistri	magistro	magistrū	magister	magistro.
Plur. hi Magistri	magistorū	magistris	magistros	magistri	magistris.
Sic puer pueri puero, &c. crescentibus obliquis, hoc est omnibus casibus præter nominatiuum & uocatiuum utriusque numeri, qui recti sunt.					
Item, Satur, saturi, saturo, &c. Vir, uiri, uiro, &c.					

Sing. hic Dominus	domini	domino	dominū	domine	domino.	Filius, & propria nomina in ius, uocatiuum faciunt per i, ut fili, Corneli.
Plur. hi Domini	dominorū	dominis	dominos	domini	dominis.	
Sing. hoc scamnum	scamni	scamno	scamnum	scamnū	scamno.	
Plur. hæc scamna	scamnorum	scamnis	scamna	scamna	scamnis.	
Sing. hic Orpheus	Orphei	Orptheo	Orpheum	Orpheu	Orptheo.	
	Græcè	Orpheos	Orphei	Orphea.		

Adiectiua primæ & secundæ declinationis sunt in us, a, um, & in er, a, um Adiectiua. finita, ut albus, niger, &c. Albus inflectitur, ut dominus. Niger, ut magister. Horum fœminina, ut musa: neutra, ut scamnum.

A iij



PRIMA GRAMMATICES

De tertia declinationis aliquot terminationibus.

Nominatiuus, Genitiuus, Datiuus, Accusatiuus, Vocatiuus, Ablatiuus.

Sing. hic lapis lapidis lapidi lapidem lapis lapide  
 Plur. hi lapides lapidum lapidibus lapides lapides lapidibus.  
 Sing. hoc caput capitis capiti caput caput capite.  
 Plur. hæc capita capitum capitibus capita capita capitibus.  
 Sing. hic & hæc huius huic hunc & hæc o ab hoc & hæc  
 Sacerdos sacerdotis sacerdoti sacerdotem sacerdos sacerdote.  
 hi & hæc horū & harū his hos & has o ab his

Plur. sacerdotes sacerdotū sacerdotibus sacerdotes sacerdotes sacerdotibus

Amans.

Singulariter, hic & hæc & hoc Amans, huius amantis, huic amanti, hunc & hanc amantem & hoc amans, o amans, ab hoc & hæc & hoc amante uel amanti. pluraliter, hi & hæc amantes & hæc amantia, horum & harum & horum amantium, his amantibus, hos & has amantes &

Prudens.

hæc amantia, o amantes & o amantia, ab his amantibus. Sic Prudens, prudentis, prudenti, &c. mutatis, antis, anti, &c. in entis, enti, &c.

Felix.

Singulariter, hic & hæc & hoc Felix, huius felicitis, huic felici, hunc & hanc felicem & hoc felix, o felix, ab hoc & hæc & hoc felice uel felici. pluraliter, hi & hæc felices & hæc felicia, horum & harum & horum felicitium, datiuo his felicitibus, accusatiuo hos & has, &c.

Felicior & felicius.

Singulariter, hic & hæc Felicior, & hoc felicitius, huius felicitioris, huic felicitiori, hunc & hanc felicitiosem & hoc felicitius, o felicior, & o felicitius, ab hoc & hæc & hoc felicitiose uel felicitiori. pluraliter, Nominatiuo accusatiuo & uocatiuo felicitiores, & felicitiora, horum & harū & horum felicitiorum, his felicitioribus.

De quarta declinationis terminationibus us & u

Nominatiuus, Genitiuus, Datiuus, Accusatiuus, Vocatiuus, Ablatiuus.

Sing. hic fructus fructus fructui fructum fructus fructu.  
 Plur. hi fructus fructuū fructibus fructus fructus fructibus.  
 Quorundam datiuus & ablatiuus finitur in ubus, ut arcubus, &c.

Nominatiuus, Genitiuus, Datiuus, Accusatiuus, Vocatiuus, Ablatiuus.

Sing. hæc Manus manus manui manum manus manu.  
 Plur. hæc manus manuū manibus manus manus manibus.  
 Sing. hoc Cornu cornu cornu cornu cornu cornu.  
 Plur. hæc cornua cornuū cornibus cornua cornua cornibus.

De quinta



De quinta declinationis terminatione, es.

Nominatiuus, Genitiuus, Datiuus, Accusatiuus, Vocatiuus, Ablatiuus. Quinte declinationis nomina multa carēs genitiuo, datiuo & ablatiua pluralibus.

Sing. hæc species speciei speciei speciem species specie.  
 Plur. hæc species specierū speciebus species species speciebus.  
 Sing. hæc Fides fidei fidei fidem fides fide.  
 Sing. hic uel hæc dies, huius diei, huic diei, hunc uel hanc diem, ò dies, ab hoc uel ab hac die. Pluraliter, hi dies, horū dierum, his diebus, hos dies, ò dies, his diebus.

QVID EST PRONOMEN?

**P**RONOMEN est quod loco proprii nominis ponitur, & certam significat personam.

Quod numerantur pronomina simplicis figura? Quindecim. Quæ? Ego, tu, sui, ille, ipse, iste, hic, is, meus, tuus, suus, noster, uester, nostras & uestras: quibus addi possunt quis uel qui, cuius & cuius, a, um, ut sint octodecim. Quæ omnia sunt adiectiua, & interdum accipi substantiue possunt.

Quod accidunt pronomini? septem. Quæ? species, genus, numerus, figura, persona, casus, & significatio. Accidētia pronominis.

Quot sunt species pronominum? Duæ. Quæ? Primitiua & deriuatiua.

Quot sunt pronomina { Primitiua species? Octo. Quæ sunt? Ego, tu, sui, ille, ipse, iste, hic & is, quibus adijcienda sunt quis & qui.  
 Deriuatiua species? septē. Quæ? Meus, tuus, suus, noster, uester, nostras & uestras, quibus adiungi possunt, cuius, a, um, & cuius.

Vnde fit meus? à genitiuo singulari mei. vnde noster & nostras? à genitiuo plurali nostrum uel nostri. vnde tuus? à genitiuo singulari tui. vnde uester & uestras? à genitiuo plurali uestri uel uestrum. vnde suus? à sui. vnde cuius, a, um, & cuius? à genitiuo cuius.

Quot sunt pronominum genera? Quatuor. Quæ? { Masculinum, ut ille.  
 Fœmininum, ut illa.  
 Neutrum, ut illud.  
 Omne, ut nostras.



PRIMA GRAMMATICES

Quot sunt numeri? Duo. Qui? { Singularis, ut ego, tu, ille.  
Pluralis, ut nos, vos, illi.

Quot sunt pronominum figurae? Duae. Quae? { Simplex, ut ego, is.  
Composita, ut egomet, idem.

Quot sunt in pronomibus personae? Tres. Quae? Prima, secunda, tertia.

Prima persona? Rem de se loquentem, ut ego, nos.

Quid significat { Secunda persona? Rem cui loquimur, ut tu, vos.

Tertia persona? Rem de qua loquimur, ut ille.

ANNOTATIO.

Omnia nomina, pronomina, & participia, quae sunt personae? Tertiae. Quae hinc sunt excepta? Ego cum suis casibus primae personae: & Tu cum suis casibus, & omnis uocatiuus, secundae personae.

Quot sunt casus in pronomine? Totidem quot in nomine, nampe sex.

Quot pronomina uocatiuum habent? Quatuor. Quae sunt? Tu, meus, noster & nostras. Dicimus enim, mi pater, mea mater. Reliqua omnia uocatiuo carent. Sui etiam nominatiuo utriusque numeri caret.

DE SIGNIFICATIONE.

Quot sunt pronomina demonstratiua? Quinque. Quae? Ego, tu, hic, iste, ille. Cur ita dicta? Quod rem demonstrant.

Quot sunt relatiua? Tria. Quae? Is, ipse, qui. Cur sic dicta? Quod rem prius dictam referant.

Quot sunt reciproca? Duo. Quae? Sui & suus. Cur sic appellata? Quia ad eandem redeunt personam tertiam, quae praecessit.

Quot sunt pronomina possessiua? Quinque. Quae? Meus, tuus, suus, noster, uester.

Quot sunt gentilia? Duo. Quae? Nostras & uestras.

Quot interrogatiua? Duo. Quae? Cuius, a, um, & cuias.

Declinationes fecerunt quatuor, sub quarum	} Continetur	Prima	} Ego, tu, sui.		
		Secunda		} Ille, ipse, iste, hic, is, quis uel qui.	
		Tertia			} Meus, tuus, suus, noster, uester, cuius.
		Quarta			



INFLEXIONES PRONOMINVM.

**N**ominatiuus, Genitiuus, Datiuus, Accusatiuus, Vocatiuus, Ablatiuus.  
 Sing. Ego mei mihi me à me.  
 Plur. Nos nostrū nobis nos à nobis.  
 Pronomen prima persone generis omnis.

Nominatiuus, Genitiuus, Datiuus, Accusatiuus, Vocatiuus, Ablatiuus.  
 Sing. Tu tui tibi te tu à te.  
 Plur. Vos uestrū vobis uos uos à vobis.  
 Secunda persona generis omnis.

**N**ominatiuus, Genitiuus, Dat. Accusatiuus, Voc. Ablatiuus.  
 Sing. ille, illa, illud illius illi illū, illā, illud illo, illa, illo, illis.  
 Plur. illi, illa, illa illorū, arū, orū illis illos, illas, illa ipso, a, o.  
 Sing. ipse, ipsa, ipsū ipsius ipsi ipsū, ipsa, ipsū ipse, ipsa, o.  
 Plur. ipsi, ipse, ipsa ipsorū, arū, orū ipsis ipsos, ipsas, ipsa ipsis.  
 Sing. iste, ista, istud istius isti istū, istā, istud isto, a, o.  
 Plur. isti, ista, ista istorū, arū, orū istis istos, istas, ista istis.

A pronomine hic, quod supra declinatum est, & iste, componitur isthic, isthac, isthoc uel isthuc, accusatiuo isthunc, isthanc, isthoc uel isthuc, ablatiue isthoc, isthac, isthoc. Pluraliter genere neutro isthac.

Singulariter, Is, ea, id: genitiuo eius: datiuo ei: accusatiuo eum, eam, id: ablatiue eo, ea, eo. Pluraliter, ei uel ij, eae, ea: genitiuo eorum, earum, eorum: datiuo & ablatiue eis uel ijs: accusatiuo eos, eas, ea. Sic idem, eadem, idem: genitiuo eiusdem: datiuo eidem: accusatiuo eundem, eandem, idem, &c. adiecta dem.

Singulariter, Quis uel qui, quae uel qua, quod uel quid: genitiuo cuius: datiuo cui: accusatiuo quem, quam, quod uel quid: ablatiue quo uel qui, qua uel qui, quo uel qui. Pluraliter, qui, quae, quae uel qua: genitiuo, quorum, quarum, quorum: datiuo & ablatiue quibus uel quis: accusatiue quos, quas, quae uel qua.

Meus, tuus, suus, cuius, a, um, noster, uester, a, um, flectuntur ut dominus & magister: eorum foemina, ut musa: neutra, ut scamnum. sed meus habet mi in uocatiue. Nostras, uestras & cuius, huius cuiatis, huic cuiati, &c. ut amans, n, sublato.



**V**ERBUM est, quod actionem, aut passionem, aut neutrum sine casu cum tempore significat, ut amare, amari, stare.

Quotplex est uerbum? Duplex. Personale & impersonale.

Quod est uerbum personale? Quod per tres personas in utroque numero uariatur, ut amo, doceo.

Quotplex est uerbum personale? Triplex. Quomodo? } Substantiuum  
Vocatiuum  
Adiectiuum.

Quot sunt substantiua uerba? vnum. Quod est? sum, cui addi potest Forem.

Quot sunt uocatiua? Quinque. Quae? Nominor, appellor, nuncupor, dicor, uocor.

Quod sunt adiectiua? Omnia uerba, praeter substantiua & uocatiua.

Quod est impersonale uerbum? Quod numeris & personis caret, tantumque per tertias personas numeri singularis flectitur.

Quotplex est impersonale? Duplex. Nam aliud est actiua uocis, aliud passiua uocis.

Quod est impersonale } Actiua uocis? Quod desinit in uocem similem tertijs personis singularibus uerbi actiui personalis, ut decet.  
Passiua uocis? Quod desinit in uocem similem tertijs personis singularibus uerbi passiuo, ut legitur.

Alia uerborum diuisio.

Est ne alia uerborum diuisio? Est. Nam uerbum omne aut est absolutum aut transitiuum.

Quod est uerbum absolutum? Quod sensum perfectum reddit sine casu adiecto, ut sto, sedeo, &c.

Quod est uerbum transitiuum? Quod non reddit perfectum sensum sine casu addito, ut amo, doceo, rogo, misereor, obedio, careo, &c.

Inflectuntur  
uerba per mo-  
dos, tempora,  
numeros &  
personas.

Accidentia uerbi.

Quot accidunt uerbo? Octo. Quae? Genus, tempus, modus, figura, persona, numerus, coniugatio, & forma seu species.



## DE GENERE.

Quot sunt genera uerborum? *Quinque. Quae? Actiuum, passiuum, neutrum, deponens, & commune.*

Actiuum? Quod in o finitur, & actionem significat, habetque passiuum in or. ut amo, doceo. hinc sunt amor, doceor.

Passiuum? Quod finitur in or ex actiuo fit, & passionem significat: ut amor, doceor.

Neutrum? Quod finitur in o, & non habet passiuum in or, nisi in tertius personis: ut sto, curro.

Deponens? Quod in or finitur non fit ab actiuo, & una habet significationem: ut loquor, irascor, morior.

Commune? Quod in or finitur non fit ab actiuo, & duas significationes complectitur, actiuam & passiuam: ut osculor matrem, & à matre osculatus sum.

Haec tria personae uerborum neutrorum quaedamque nomina huiusmodi habent pro supposito.

Passiuum à deponenti puer discernere discet hoc modo. si uerbo in or ablatiuus personae recte addi potest, passiuum est: ut amor à matre.

## DE TEMPORE.

Præsens: ut amo, ick heb lief, i'aime.

Præteritum imperfectum: ut amabam, ick had lief, i'aimore.

Præteritum perfectum: ut amavi, ick heb lief ghehat, i'ay aime.

Præteritum plusquamperfectum: ut amaui, ick had lief ghehat, i'auoie aimé.

Futurum: ut amabo, ick sal lief hebben, i'aimeray.

Quot tempora formantur à præterito perfecto? *Quinque. Quae hoc uersiculo continentur.*

Ram, ssem, rim, ro, sse, formabit cætera præsens.

## DE MODO.

Indicatiuus: ut amo.

Imperatiuus: ut ama.

Optatiuus: ut amarem.

Coniunctiuus seu subiunctiuus: ut amem.

Infinitiuus: ut amare.



PRIMA GRAMMATICES

Quot sunt figurae? Duae. Quae? } Simplex, id est, primitiua: ut rego.  
 } Composita, hoc est deriuatiua, ut porrigo.  
 Verbum decomposita figura uocant, ex compositis natum: ut exporrigo.  
 Quot sunt personae? } Prima: ut lego, legimus. Cui haec conuenit? Rei de se  
 Tres. Quae? } loquenti.  
 } Secunda: ut legis, legitis. Cui conuenit? Rei cui loqui-  
 } mur.  
 } Tertia: ut legit, legunt. Cui haec conuenit? Rei de qua  
 } loquimur.  
 Quot sunt numeri? Duo. Qui? } Singularis: ut dico, dicis dicit.  
 } Pluralis: ut dicimus, dicitis, dicunt.  
 Quot sunt uerborum coniugationes? } Prima  
 Quatuor. Quae? } Secunda  
 } Tertia  
 } Quarta.

Excipitur à pri-  
 ma coniugatio-  
 ne do, cui compo-  
 sitis, circundo,  
 pefudo, uenü-  
 do, fatifdo, qua  
 ubique corri-  
 piunt a in pe-  
 multima sylla-  
 ba: ut circüda-  
 re, circunda-  
 mus, atis, abü,  
 abo, etc.

Quod est uerbum } Prima coniugatio-  
 } nis? Quod habet a  
 } longum  
 } Secunda coniuga-  
 } tionis? Quod ha-  
 } bet e longum } ante re in infinitiua uerborum  
 } Tertia coniugatio-  
 } nis? Quod habet } in o: uel ante ris secunda per-  
 } e breue } sonae praesentis temporis in-  
 } } dicatini modi uerborum in  
 } } or.  
 } Quarta coniuga-  
 } tionis? Quod ha-  
 } bet i longum.

DE FORMA SEU SPECIE.

Quot sunt formae uerborum? } Perfecta  
 Quatuor. Quae? } Frequentatiua  
 } Inchoatiua  
 } Meditatiua seu desideratiua.

Quod







Vnde formantur participia } Presentis temporis? A prima persona prateriti imperfecti, mu-  
 } tando bam uel bar in ns: ut ab amabam fit amans, à nasce-  
 } bar nascens.  
 } Prateriti temporis? Ab ultimo supino addito s: ut à lectu lectus,  
 } à visu uisus.  
 } Futuri } Rus? Ab ultimo supino adiecto rus, ut ab amatu fit a-  
 } tempo } maturus.  
 } ris in. } Dus? A genitiuo participij presentis temporis, mutando  
 } tis in dus: ut ab amantis fit amandus.

Quot formantur partici- } Praesens: ut laudans  
 } pia à uerbo actiuo? } Futurū in rus, laudaturus } actiue significantia.  
 Quatuor. Quæ? } Præteritum: ut laudatus  
 } Futurū in dus, laudandus } passiuæ significatiua.

Quot formantur participia à uerbo neutro absoluto? Duo neutralis signi-  
 ficationis, praesens, & futurum in rus: ut stans, staturus, & interdum in  
 dus: ut dolendus, carendus, uigilandus, nonnunquam & in tus: ut ui-  
 gilatae noctes apud Ouid.

Quot formantur à uerbo deponenti absoluto? Tria: Praesens, prateritū, &  
 futurum in rus, ut moriens, mortuus, moriturus. & quandoque in dus,  
 ut utendus, patiendus. Totidem habet participia uerbum commune.

Quot sunt numeri participiorū? Duo. Qui? } Singularis: ut amans.  
 } Pluralis: ut amantes.

Quot sunt figurae? Duæ. Quæ? } Simplex: ut discens.  
 } Composita: ut dediscens.  
 Inflexio participiorum.

Participia omnia in us finita flectuntur ut dominus. Exminina eorū, ut mu-  
 sa: Neutra, ut scamnū. Quæ exeūt in ans & ens: ut animās & prudens.

Sequuntur partes orationis indeclinabiles.

### QVID EST ADVERBIUM?

**A**d uerbum est pars orationis, quæ adiecta uerbo significationem eius  
 explanat atque implet: ut, foris, hīc, nusquam, &c.

Ad uerbio quot accidunt? Tria. Quæ? } Significatio  
 } Comparatio  
 } Figura.



De significatione.

Aduerborum multa sunt significationes, quarum pleraque numerantur hoc ordine.

**ΤΟΠΟΥ**

Locorum quorum alia significant

- In loco. ubi, hic, istic, illic, ibi, intus, foris, supra, infra, &c.
- Ad locum. Quo, quorsum, huc, istuc, illuc, intro, foras, sursum, deorsum, intorsum, &c.
- De loco. vnde, hinc, istinc, illinc, inde, superne, inferne, caelitus.
- Per locum. Qua, hac, istac, illac, &c.

οι. βι.

βι. βι. ζε.

βι. βι. βι. βι. βι. βι.

Nusquam, adicitur uerbis quietis & motus ad locum.  
 Peregre, significat in loco, ad locum, de loco.

Temporis, praesentis, praeteritis, futuri?

- Iam, nunc, hodie, heri, nuper, modo, antea, cras, per diem, aliquando, &c. quando, quamdudum, quampridem, &c.

ΧΕΡΟΥ

Numerandi? Semel, bis, ter, decies, uicies, centies, millies, saepe, raro, &c.

Quae sunt aduerbia

- Affirmandi? Etiam, scilicet, profecto, ne, certe, quidni, ita est, sic est.
- Negandi? Non, haud, nequaquam, minime.
- Demonstrandi? En, ecce. Optandi? utinam, o si, sic.
- Hortandi? Eia, age, agite, agendum. Prohibendi? ne, nequaquam.
- Ordinis? Deinceps, protinus, denique, praeterea, primum, deinde, postremo, iam, iam uero.
- Interrogandi? Cur, quare, quamobrem, quid, quidni, utrum, an non, nonne, nunquid, ecquid, &c.
- similitudinis? Quasi, sic, cen, sicut, tanquam, uti, perinde.
- Qualitatis? Bene, male, libenter, suauiter, docte, doctius, doctissime, consulto, cogitato, serio, furtim, &c.
- Quantitatis? Multum, parum, nimis, satis, prorsus, ualde, &c.
- Dubitandi? Forsan, forsitan, fortassis uel fortasse, an.
- Remittendi? Paulatim, sensim, agere, uix.
- Personale? Mecum, tecum, secum, nobiscum, uobiscum.
- Vocandi. Heus, o. Respondendi? ne. Iurandi? pol, adepol, ecastor.
- Eligendi? Potius, imo. Congregandi? simul, una, pariter.
- Excludendi? Solum, tantum, duntaxat, seorsum, separatim.
- Euentus? Forte, fortuito. Comparandi? Magis, minus, &c.

Βι. Βι. Βι. Βι. Βι. Βι.

αειν βι. βι. βι.

κατακαλυβω βι. βι. βι. βι. βι. βι.

ταξιν βι.

βι. βι. βι. βι. βι. βι.

βι. βι. βι. βι. βι. βι.

βι. βι. βι. βι. βι. βι.

βι. βι. βι. βι. βι. βι.

βι. βι. βι. βι. βι. βι.

βι. βι. βι. βι. βι. βι.

βι. βι. βι. βι. βι. βι.

βι. βι. βι. βι. βι. βι.

βι. βι. βι. βι. βι. βι.



Quot sunt gradus comparationis? Tres. Qui? } Positivus, ut breuiter, facile, saepe.  
 Comparativus, ut breuius, facilius, saepius.  
 Superlativus, ut breuissime, facillime, saepissime.

Quot sunt figurae? Duae. Quae? } Simplex, ut facile, saepe.  
 Composita, ut difficile, persaepe, saepenumero.

Duplex etiam est aduerbiorum species: primitiua, ut nunc, hic. Deriuatiua, ut furtim, breuiter, a furor, & breuis.

## QVID EST CONIUNCTIO?

CONIUNCTIO est, quae partes orationis connectit.

Quot sunt accidentia coniunctionum? Tria. Quae? } Potestas, id est, significatio,  
 Figura,  
 Ordo.

Quot sunt (quae uocantur) potestates? Sex. Copulatiua, disiuunctiua, approbatua, aduersatiua, causalis, & rationalis seu illatiua.

Quae sunt copulatiuae? Et, que, quoque, ac, atque, simul, etiam, cum, tum, &c.

Quae sunt disiuunctiuae? Ve, uel, aut, siue, seu, nec, neque: quibus adduntur dubitatiuae, ut An, ne, anne, necne, & comparatiuae, ut Quam. ut, bono probari malo, quam multis malis.

Quae sunt approbatuae? Quidem, equidem, uidelicet, nempe, quippe, certe, sane, quidem, enimuero.

Quae sunt aduersatiuae? at, sed, autem, uerum, uerò, porro, atqui, tamen, etsi, quanquam, ceterum, alioqui, imo, nedum.

Quae sunt causales? Quia, quoniam, quamobrem, nam, namque, enim, si, quatenus, ni, nisi, praesertim, &c.

Quae sunt rationales seu illatiuae? Ergo, ideo, igitur, ita, itaque, idcirco, quapropter, quare, &c.

Quotuplex est figura? Duplex. } Simplex, ut Nam.  
 Composita, ut Namque.

Quotuplex.



Quotplex est ordo Cōiun-  
ctionum? Triplex. Quae-  
dam sunt

Præpositivæ, ut Ac, at, ast, nã, quare, si, &c  
Postpositivæ, ut Antem, quidem, quoque,  
verò, enim, que, me, ne: quæ tres Encliti-  
cæ dicuntur.

Communes, quæ possunt & præponi &  
subiungi, ut Ergo, igitur, quoniam, ta-  
men, &c.

QVID EST PRAEPOSITIO?

**P**RAEPOSITIO est, quæ aliis partibus præponitur, vel appositione,  
ut ad deum, vel compositione, ut adeo.

Præpositioni quot accidunt? Vnum tantum, quod est casus, & is vel ac-  
cusatiuus, vel ablatiuus.

Quot sunt præpositiones accusatiuum requirentes? Circiter triginta. Quæ  
sunt? Ad, apud, ante, aduersus vel aduersum, cis, citra, circum, circa, cō-  
tra, erga, extra, inter, intra, infra, iuxta, ob, ponè, per, prope, propter,  
secundum, post, trans, ultra, præter, supra, circiter, usque, uersus secus  
penes. Secus accusatiuo iunctum reperitur, sed aduerbialiter sæpius.

Ponè sæpius est  
aduerbium, ut  
& palam &  
procul.

Quot sunt quæ uolunt ablatiuum? Quindecim. Quæ? A, ab, abs, cum, co-  
ram, clam, de, è, ex, pro, præ, palam, sine, absque, tenus, & procul.

Quot sunt, quæ recipiunt accusatiuum & ablatiuum? Quatuor. Quæ? In,  
sub, super, & subter, sed diuersa ferè significatione, de quibus explica-  
bitur in syntaxi.

Quot sunt præpositiones inseparabiles? septē. Quæ?

- Di, ut diduco.
- Dis, ut distraho,
- Re, ut retraho.
- se, ut seduco.
- An, ut amplector.
- Co, ut cohæreo.
- Con, ut congregior.

Dictæ sunt in-  
separabiles,  
quod à uocibus  
quibus præpo-  
nuntur, separa-  
ri non possunt.

QVID EST INTERIECTIO?

**I**NTERIECTIO est, quæ mentis affectum significat.

Quot accidunt interiectioni? Vnum. Quod? significatio.



At etiam interiectio est ex improviso aliquid deprehendens. Terent. in Andria, atat hoc illud est, hic ille lachryma, cuius significationis est et He. sed hac etiam alios affectus significat.

Quae sunt interiectio-nes

Admirantis? Papae, hui.  
 Exultantis uel letantis? Euax, io, o.  
 Doletis? Heu, ah, o, hoi, hei. Terent. in Eunuch. initio, hoi hei.  
 Ridentis? Ha ha he.  
 Timentis? Atat, hei. In Andria Terent. Hei uereor, &c.  
 Minantis? Va. Vitantis? Apage.  
 Indignantis & exclamantis? Hem, prob, o.  
 Laudantis siue approbantis? Euge.  
 Deridentis uel ironiae? Au, uah.  
 silentium iniungentis? au, st.  
 Blandientis, sodes, mea tu, apud foeminas tantum.  
 Amanter rogantis? Amabo, amabote, obsecro, quaeso.

Ratio breuis discernendi partes orationis.

**P**artes orationis facile puer agnoscet hac obseruatione: Quae declinantur per casus, aut nomina sunt, aut pronomina, aut participia. Pronomina sunt omnino octodecim, quae numero suo nota sunt. Participia, nomina sunt, a uerbis deducta, significantia tempus. Reliqua nomina sunt. Verba significant aliquid fieri, agere, pati, & per modos & tempora flectuntur, non per casus. Indclinabiles partes ita discet, Praepositiones sunt plus minus quinquaginta, quae numero tenendae sunt. Quae partes orationis connectunt, sunt Coniunctiones. Quae subitum mentis affectum significant, uocantur Interiectiones. Reliqua sunt Aduerbia.

**F**orma inflectendi uerba quatuor coniugationum per modos & tempora. Paradigmata, quae proponuntur, sunt uerborum actiuorum & passiuorum. Sed uerbis actiuis in o sunt adicienda uerba neutra, quae ad eandem formam flectuntur: & passiuis in or, addantur deponentia & communia, eodem modo uarianda.

Prima coniugatio est uerborum in a re.

Actiuum uerbum Amo.

Amo, in praeterito perfecto amauit, in supino amatum.

**I**ndicatio modo, tempore presenti, Amo, amas, amat. Pluraliter, amamus, amatis, amant. Praeterito imperfecto, Amabam, amabas, amabat. Pluraliter, amabamus, amabatis, amabant. Praeterito perfecto, Amavi, amauisti, amauit. Pluraliter, amauimus, amauistis, amauerunt uel amauerunt.

Praeterito



Præterito plusquamperfecto, Amaueram, amaueras, amaueat. Pluraliter, amaueamus, amaueatis, amaueat. Futuro, Amabo, amabis, amabit. Pluraliter, amabimus, amabitis, amabunt.

Imperatiuo modo, tempore præsentis, ad secundam & tertiam personam Ama amet. Pluraliter amemus, amate, ament. Futuro, amato tu, amato ille. Pluraliter amemus, amatote, amanto uel amantote.

Eadem uidetur utriusque temporis significatio.

Utinam uel ut

Optatiuo modo, tempore præsentis, & præterito imperfecto, utinam Amare, amares, amaret. Pluraliter, amaremus, amaretis, amarent. Præterito perfecto & plusquamperfecto, utinam Amauissim, amauissim, amauisset. Pluraliter, amauissim, amauissetis, amauissent. Futuro, utinam Amem, ames, amet. Pluraliter, amemus, ametis, ament.

Coniunctiuo seu subiunctiuo modo, tempore præsentis, cum Amem, ames, amet. Pluraliter, amemus, ametis, ament. Præterito imperfecto, cum Amarem, amares, amaret. Pluraliter, amaremus, amaretis, amaret. Præterito perfecto, cum Amauerim, amauearis, amauearit. Pluraliter, amaueimus, amaueitis, amaueirint. Præterito plusquamperfecto, cum Amauissim, amauissim, amauisset. Pluraliter, amauissim, amauissetis, amauissent. Futuro, cum Amauero, amauearis, amauearit. Pluraliter, amaueimus, amaueitis, amaueirint.

Cum uel si

Accētus in penultima amaueimus, & amaueitis distinguit hoc ē tempus a præterito perfecto.

Infinitiuo modo, sine numeris & personis, tempore præsentis, & præterito imperfecto, Amare. Præterito perfecto & plusquamperfecto Amauisse. Futuro, Amaturum esse. *Amaturus* uel

Gerundia siue participialia uerba sunt tria, Amandi, amando, amandū. supina duo: prius, ut Amatum, posterius, ut Amatu.

Participia duo significationis actiue, Præsens, ut Amans, Futurum, ut Amaturus.

#### Passiuum uerbum Amor.

**I**ndicatiuo modo, tempore præsentis, Amor, amaris uel amare, amatur. Pluraliter, amamur, amamini, amantur. Præterito imperfecto, Amabar, amabaris uel amabare, amabatur. Pluraliter, amabamur, amabamini, amabantur. Præterito perfecto, Amatus sum uel fui, amatus es uel fuisti, amatus est uel fuit. Pluraliter, amati sumus uel fuimus, amati estis uel fuistis, amati sunt fuerunt uel fuerunt. Præterito plusquamperfecto, Amatus eram uel fueram, amatus eras uel fueras, amatus erat uel fuerat. Pluraliter, amati eramus uel fueramus, amati eratis uel fueratis,



PRIMA GRAMMATICES

amati erant uel fuerant. Futuro, Amabor, amaberis uel amabere, amabitur. Pluraliter, amabimur, amabimini, amabuntur.

Imperatiuo modo, tempore presenti, ad secundam & tertiam personam, Amare, amaretur. Pluraliter, amemur, amamini, amentur. Futuro, Amator tu, amator ille. Pluraliter, amemur, amaminor, amantor.

Optatiuo modo, tempore presenti, & praterito imperfecto, utinam Amarer, amareris uel amarere, amaretur. Pluraliter, amaremur, amaremmini, amarentur. Praterito perfecto & plusquamperfecto, utinam Amatus essem uel fuisset, amatus esses uel fuisset, amatus esset uel fuisset. Pluraliter, amati essemus uel fuisset, amati essetis uel fuissetis, amati essent uel fuissent. Futuro, utinam Amer, ameris uel amere, ametur. Pluraliter, amemur, amemini, amentur.

Subiunctiuo modo, tempore presenti, cum Amer, ameris uel amere, ametur. Pluraliter, amemur, amemini, amentur. Praterito imperfecto, cum Amarer, amareris uel amarere, amaretur. Pluraliter, amaremur, amaremmini, amarentur. Praterito perfecto, cum Amatus sum uel fuerim, amatus sis uel fueris, amatus sit uel fuerit. Pluraliter, amati sumus uel fuerimus, amati sitis uel fueritis, amati sint uel fuerint. Praterito plusquamperfecto, cum Amatus essem uel fuisset, amatus esses uel fuisset, amatus esset uel fuisset. Pluraliter, amati essemus uel fuisset, amati essetis uel fuissetis, amati essent uel fuissent. Futuro, cum Amatus ero uel fuero, amatus eris uel fueris, amatus erit uel fuerit. Pluraliter, amati erimus uel fuerimus, amati eritis uel fueritis, amati erunt uel fuerint.

Infinitiuo modo sine numeris & personis, tempore presenti & praterito imperfecto, amari. Praterito perfecto & plusquamperfecto, Amatum esse uel fuisset. Futuro, Amatum iri, uel amandum esse.

Participia duo sunt passiva significationis: prateritum, ut amatus, futurum, ut amandus.

secunda coniugatio est uerborum in ere.

Actiuum uerbum, Doceo.

Indicatiuo modo, tempore presenti, Doceo, doces, docet. Pluraliter, docemus, docetis, docent. Praterito imperfecto, Docebam, docebas, docebat. Pluraliter, docebamus, docebatis, docebant. Praterito perfecto, Docui,

*Amatus iri uel similibus sub futuris passiuorum isodymanam potius quod uerba futura ut dicitur uel et dicitur iri. ut dicitur intelligi. sicut existimo opinor potestatem inueni*  
*participium uel participium iri*  
*uerba autem quae ad futurum spectant respiciunt, ut similes. Meo dicitur. spero cupio*  
*passiuo participio futuri, ut dicitur potestatem*  
*inueni participium iri, magis quam participium dicitur*  
*(cupio cupio uerba)*  
*relatiui iri, potius supino, doctum*  
*quod uerba sunt*  
*Et per illo modo per passiuo participium futuri substitui huiusmodi*  
*Timido potestatem inueni uel potestatem, uel ut potestatem*



Docui, docuisti, docuit. Pluraliter, docuimus, docuistis, docuerunt uel docuere. Praterito plusquamperfecto, Docueram, docueras, docuerat. Pluraliter, docueramus, docueratis, docuerant. Futuro, Docebo, docebis, docebit. Pluraliter, docebimus, docebitis, docebunt.

Imperatiuo modo, tempore praesenti, ad secundam & tertiam personam, Doce, doceat. Pluraliter, doceamus, docete, doceant. Futuro, Doceto tu, doceto ille. Pluraliter, doceamus, docetote, docento uel docentote.

Optatiuo modo, tempore praesenti & praterito imperfecto, utinam Docerem, doceres, doceret. Pluraliter, doceremus, doceretis, docerent. Praterito perfecto & plusquamperfecto, utinam Docuisset, docuisses, docuisset. Pluraliter, docuissetis, docuissent. Futuro, utinam Doceram, doceas, doceat. Pluraliter, doceamus, doceatis, doceant.

Subiunctiuo modo, tempore praesenti, cum Doceam, doceas, doceat. Pluraliter, doceamus, doceatis, doceant. Praterito imperfecto, cum Docerem, doceres, doceret. Pluraliter, doceremus, doceretis, docerent. Praterito plusquamperfecto, cum Docuisset, docuisses, docuisset. Pluraliter, docuissetis, docuissent. Futuro, cum Docuero, docueris, docuerit. Pluraliter, docuerimus, docueritis, docuerint.

Infinitiuo modo, sine numeris & personis, tempore praesenti & praterito imperfecto, Docere. Praterito perfecto & plusquamperfecto, Docuisse. Futuro Docturum esse.

Gerundia seu participalia uerba sunt tria, Docendi, docendo, docendum. supina duo: prius, ut doctum; posterius, ut doctus.

Particia duo significationis aeternae: praesens, ut docens; futurum, ut docturus.

Passiuum uerbum, Doceor.

Indicatiuo modo, tempore praesenti, Doceor, doceris uel docere, docetur. Pluraliter, docemur, docemini, docentur. Praterito imperfecto, docebar, docebaris uel docere, docebatur. Pluraliter, docebamur, docebamini, docebantur. Praterito perfecto, Doctus sum uel fui, doctus es uel fuisti, doctus est uel fuit. Pluraliter, docti sumus uel fuimus, docti estis uel fuistis, docti sunt fuerunt uel fuere. Praterito plusquamperfecto, Doctus eram uel fueram, doctus eras uel fueras, doctus erat uel fuerat. Pluraliter, docti eramus uel fueramus, docti eratis uel fueratis, docti erant uel fuerant. Futuro, Docebor, doceberis uel docere, docebitur. Pluraliter, docebimur, docebimini, docebuntur.



Imperatiuo modo, tempore presentis, ad secundam & tertiam personam, Docere, doceatur. Pluraliter, doceamur, docemini, doceantur. Futuro, Docetor tu, docetor ille. Pluraliter, doceamur, docemini, docentor.

Optatiuo modo, tempore presentis & praterito imperfecto, utinam Docerer, docereres uel docerere, doceretur. Pluraliter, doceremur, doceremini, docerentur. Praterito perfecto & plusquam perfecto, utinam Doctus essem uel fuisset, doctus esses uel fuisses, doctus esset uel fuisset. Pluraliter, docti essemus uel fuissetis, docti essetis uel fuissetis, docti essent uel fuissent. Futuro, utinam Docear, docearis uel doceare, doceatur. Pluraliter, doceamur, doceamini, doceantur.

subiunctiuo modo, tempore presentis, cum Docear, docearis uel doceare, doceatur. Pluraliter doceamur, doceamini, doceantur. Praterito imperfecto, cum Docerer, docereres uel docerere, doceretur. Pluraliter, doceremur, doceremini, docerentur. Praterito perfecto, cum doctus sim uel fuerim, doctus sis uel fueris, doctus sit uel fuerit. Pluraliter, docti simus uel fuerimus, docti sitis uel fueritis, docti sint uel fuerint. Praterito plusquamperfecto, cum Doctus essem uel fuisset, doctus esses uel fuisses, doctus esset uel fuisset. Pluraliter, docti essemus uel fuissetis, docti essetis uel fuissetis, docti essent uel fuissent. Futuro, cum Doctus ero uel fuero, doctus eris uel fueris, doctus erit uel fuerit. Pluraliter, docti erimus uel fuerimus, docti eritis uel fueritis, docti erunt uel fuerint.

Infinitiuo modo sine numeris & personis, tempore presentis, & praterito imperfecto, Doceri. Praterito perfecto & plusquamperfecto, Doctum esse uel fuisse. Futuro, Doctum iri uel docendum esse.

Participia duo passiuæ significationis: prateritum, ut Doctus, futurum, ut docendus.

Tertia coniugatio est uerborum in ere, e breui.

Actiuum uerbum, Lego.

Lego, in praterito legi, in supino lectum.

Indicatiuo modo, tempore presentis, Lego, legis, legit. Pluraliter, legimus, legitis, legunt. Praterito imperfecto, Legebam, legebas, legebat. Pluraliter, legebamus, legebatis, legebant. Praterito perfecto, Legi, legisti, legit. Pluraliter, legimus, legistis, legerunt uel legere. Praterito plus-



quamperfecto, Legeram, legeras, legerat. Pluraliter, legeramus, legeratis, legerant. Futuro, Legam, leges, leget. Pluraliter, legemus, legetis, legent.

Imperatiuo modo, tempore presentis, ad secundam & tertiam personam. Lege, legat. Pluraliter, legamus, legite, legant. Futuro, Legito tu, legito ille. Pluraliter, legamus, legitote, legunto uel leguntote.

Optatiuo modo, tempore presentis, & praterito imperfecto, utinam Legerem, legeres, legeret. Pluraliter, legeremus, legeretis, legeret. Praterito perfecto & plusquamperfecto, utinam Legissem, legisset, legisset. Pluraliter, legissemus, legissetis, legisset. Futuro, utinam Legam, legas, legat. Pluraliter, legamus, legatis, legant.

Coniunctiuo, siue subiunctiuo modo, tempore presentis, cum Legam, legas, legat. Pluraliter, legamus, legatis, legat. Praterito imperfecto, cum Legerem, legeres, legeret. Pluraliter, Legeremus, legeretis, legeret. Praterito perfecto, cum Legerim, legeris, legerit. Pluraliter, legerimus, legeritis, legerint. Praterito plusquamperfecto, cum Legissem, legisset, legisset. Pluraliter, legissemus, legissetis, legisset. Futuro, cum Legero, legeris, legerit. Pluraliter, legerimus, legeritis, legerint.

Infinitiuo modo siue numeris & personis, tempore presentis & praterito imperfecto, Legere. Praterito perfecto & plusquamperfecto, Legis se. Futuro, Lecturum esse.

Gerundia uel Participialia uerba sunt tria, Legendi, legendo, legendum.

Supina duo: prius, ut Lectum: posterius, ut lectu.

Participia duo significationis actiua: presens, ut Legens: futurum, ut Lecturus.

Passiuum uerbum, Legor.

Indicatiuo modo, tempore presentis, Legor, legeris uel legere, legitur. Pluraliter, legimur, legimini, leguntur. Praterito imperfecto, Legebar, legebaris uel legebare, legebatur. Pluraliter, legebamur, legebamini, legebatur. Praterito perfecto, Lectus sum uel fui, lectus es uel fuisti, lectus est uel fuit. Pluraliter, lecti sumus uel fuimus, lecti estis uel fuistis, lecti sunt fuerunt uel fuerunt. Praterito plusquamperfecto, Lectus eram uel fueram, lectus eras uel fueras, lectus erat uel fuerat. Pluraliter, lecti eramus, uel fueramus, lecti eratis uel fueratis, lecti erant uel fuerant. Futuro, Legar, legeris uel legere, legetur. Pluraliter, legemur, legemini, legentur.

Imperatiuo modo, tempore presentis, ad secundam ac tertiam personam, Legere, legatur. Pluraliter, legamur, legimini, legatur. Futuro, Legitor, le-



gitor. Pluraliter, legamur, legimur, leguntur.

Optativo modo, tempore presentis, & praterito imperfecto, utinam Légerer, legereris uel legerere, legeretur. Pluraliter, legeremur, legeremini, legeretur. Praterito perfecto & plusquamperfecto, utinam Lectus essem uel fuisset, lectus esses uel fuisses, lectus esset uel fuisset. Pluraliter, lecti essemus uel fuissetis, lecti essetis uel fuissetis, lecti essent uel fuissent. Futuro, utinam Legar, legaris uel legare, legatur. Pluraliter, legamur, legamini, legantur.

Coniunctiuo siue subiunctiuo modo, tempore presentis, cum Legar, legaris uel legare, legatur. Pluraliter, legamur, legamini, legantur. Praterito imperfecto, cum Légerer, legereris uel legerere, legeretur. Pluraliter, legeremur, legeremini, legerentur. Praterito perfecto, cum Lectus sim uel fuerim, lectus sis uel fueris, lectus sit uel fuerit. Pluraliter, lecti simus uel fuerimus, lecti sitis uel fueritis, lecti sint uel fuerint. Praterito plusquamperfecto, cum Lectus essem uel fuisset, lectus esses uel fuisses, lectus esset uel fuisset. Pluraliter, lecti essemus uel fuissetis, lecti essetis uel fuissetis, lecti essent uel fuissent. Futuro, cum Lectus ero uel fuero, lectus eris uel fueris, lectus erit uel fuerit. Pluraliter, lecti erimus uel fuerimus, lecti eritis uel fueritis, lecti erunt uel fuerint.

Infinitiuo modo sine numeris & personis, tempore presentis & praterito imperfecto, Legi. Praterito perfecto & plusquamperfecto, Lectum esse uel fuisse. Futuro, Lectum iri, uel legendum esse.

Participia duo sunt significantionis passiuæ: prateritum, ut Lectus: futurum, ut legendus.

Quarta coniugatio est uerborum in ire, i longo.

Actiuum uerbum, Audio.

AUDIO IN PRATERITO, AUDIUI, IN SUPINO, AUDIUI. **I**ndicatio modo, tempore presentis, Audio, audis, audit. Pluraliter, audimus, auditis, audiunt. Praterito imperfecto, Audiebam, audiebas, audiebat. Pluraliter, audiebamur, audiebatis, audiebant. Praterito perfecto, Audiui, audiuisti, audiuit. Pluraliter, audiuimus, audiuistis, audiuerunt uel audiuerunt. Praterito plusquamperfecto, Audiueram, audiueras, audiuerat. Pluraliter, audiueramus, audiueratis, audiuerant. Futuro, Audiam, audies, audiet. Pluraliter, audiemus, audietis, audient.

Imperatiuo modo, tempore presentis, ad secundam & tertiam personam, Audi, audiat. Pluraliter, audiamus, audite, audiant. Futuro, Audito, audito, pluraliter, audiamus, auditote, audiuntote uel audiuntote.

Optativo



Optatiuo modo, tempore praesenti, & praeterito imperfecto, utinam Audirem, audires, audiret. Pluraliter, audiremus, audiretis, audirent. Praeterito perfecto & plusquamperfecto, utinam Audiuissem, audiuissetis, audiuisset. Pluraliter, audiuissemus, audiuissetis, audiuisset. Futuro, utinam Audiam, audias, audiat. Pluraliter, audiamus, audiatis, audiant.

Cōiunctiuo siue subiunctiuo modo, tempore praesenti, cum Audiam, audias, audiat. Pluraliter, audiamus, audialis, audiant. Praeterito imperfecto, cum Audirem, audires, audiret. Pluraliter, audiremus, audiretis, audirent. Praeterito perfecto, cum Audiuerim, audiueris, audiuerit. Pluraliter, audiuerimus, audiueritis, audiuerint. Praeterito plusquamperfecto, cum Audiuissem, audiuissetis, audiuisset. Pluraliter, audiuissemus, audiuissetis, audiuisset. Futuro, cum Audiuerō, audiueris, audiuerit. Pluraliter, audiuerimus, audiueritis, audiuerint.

Infinitiuo modo, sine numeris & personis, tempore praesenti & praeterito imperfecto, Audire. Praeterito perfecto & plusquamperfecto, Audiuisse. Futuro, auditurum esse.

Gerundia uel participalia uerba sunt tria, Audiendi, audiendo, audiendū. supina duo: prius, ut Auditum, posterius, ut Auditu.

Participia duo significationis actiuae: praesens, ut Audiēs; futurum, ut auditurus.

#### Passiuum uerbum, Audior.

Indicatiuo modo, tempore praesenti, Audior, audiris uel audire, auditur. Pluraliter, audimur, audimini, audiuntur. Praeterito imperfecto, Audiebar, audiebaris uel audiebare, audiebatur. Pluraliter, audiebamur, audiebamini, audiebantur. Praeterito perfecto, Auditus sum uel fui, auditus es uel fuisti, auditus est uel fuit. Pluraliter, auditus sumus uel fuimus, auditus estis uel fuistis, auditus sunt, fuerunt uel fuere. Praeterito plusquamperfecto, Auditus eram uel fueram, auditus eras uel fueras, auditus erat uel fuerat. Pluraliter, auditus eramus uel fueramus, auditus eratis uel fueratis, auditus erant uel fuerant. Futuro, Audiar, audieris uel audiere, audietur. Pluraliter, audiemur, audiemini, audientur.

Imperatiuo modo, tempore praesenti, ad secundam & tertiam personam, Audire, audiatur. Pluraliter, audiamur, audimini, audiantur. Futuro, Auditor, auditor. Pluraliter, audiamur, audimur, audiuntur.

Optatiuo modo, tempore praesenti, & praeterito imperfecto, utinam Audirer, audireris, uel audirere, audiretur. Pluraliter, audiremur, audire-



mini, audirētur. Præterito perfectō & plusquamperfectō, utinam Auditus essem uel fuisset, auditus esses uel fuisses, auditus esset uel fuisset. Pluraliter, auditi essemus uel fuissetus, auditi essetis uel fuissetis, auditi essent uel fuissent. Futuro, utinam Audiar, audiaris uel audiare, audiatur. Pluraliter, audiamur, audiamini, audiantur.

Coniunctiuo sine subiunctiuo modo, tempore præsentis, cum Audiar, audiaris uel audiare, audiatur. Pluraliter, audiamur, audiamini, audiātur. Præterito imperfecto, cum Audirer, audireris uel audirere, audiretur. Pluraliter, audiremur, audiremini, audirētur. Præterito perfectō, cum Auditus sim uel fuerim, auditus sis uel fueris, auditus sit uel fuerit. Pluraliter, auditi simus uel fuerimus, auditi sitis uel fueritis, auditi sint uel fuerint. Præterito plusquamperfecto, cum Auditus essem uel fuisset, auditus esses uel fuisses, auditus esset uel fuisset. Pluraliter, auditi essemus uel fuissetus, auditi essetis uel fuissetis, auditi essent uel fuissent. Futuro, cum Auditus ero uel fuero, auditus eris uel fueris, auditus erit uel fuerit. Pluraliter, auditi erimus uel fuerimus, auditi eritis uel fueritis, auditi erunt uel fuerint.

Infinitiuo modo, sine numeris & personis, tempore præsentis, & præterito imperfecto, Audiri. Præterito perfectō & plusquamperfecto, Auditum esse uel fuisse. Futuro, Auditum iri, uel audiendum esse.

Participia duo sunt significationis passivæ: præteritum, ut Auditus: futurum, ut audiendus.

## De uerbis impersonalibus.

**V**erba impersonalia, quæ sunt uel actiua, uel passiva uocis, tantum flectuntur per tertias personas, ut uacat, decet, contingit, statur, sedetur, legitur, auditur, &c.

Contingit, ut legit.

**I**ndicatio modo, Contingit, contingebat, contigit, contigerat, continget. Imperatio, cōtingat, tantum. Optatio, cōtingeret, contigisset, contingat. Subiunctiuo, contingat, contingeret, contigerit, contigisset, contingerit. Infinitiuo, contingere, contigisse. cæteris caret.

Itur, ut auditur.

**I**ndicatio modo, itur, ibatur, itum est uel fuit, itum erat uel fuerat, ibitur. Imperatio, eatur, tantum. Optatio, iretur, itum esset uel fuisset, eatur. Subiunctiuo, eatur, iretur, itum sit uel fuerit, itum esset uel fuisset, itum erit uel fuerit. Infinitiuo, iri, itum esse uel fuisse, itum iri.

Inflexio

Vocis actiua  
pauca sunt, sed  
quæ sunt passi-  
ua uocis, deduc-  
tiferè possunt  
ab omnibus  
uerbis.



Inflexio uerborum quorundam anomalorum.

Actiuum uerbum Fero.

**I**ndicatio modo, tempore praesenti, Fero, fers, fert. Pluraliter, ferimus, feritis, ferunt. Praterito imperfecto, ferebam, ferebas, &c. ut legebam. Praterito perfecto, Tuli, tulisti, &c. ut legi. Praterito plusquam perfecto, Tuleram, tuleras, &c. ut legeram. Futuro, Feram, feres, feret, &c. ut legam.

Imperatiuo modo, tempore praesenti, ad secundam & tertiam personam, Fer, ferat. Pluraliter, feramus, ferte, ferant. Futuro, ferto, ferto. Pluraliter, feramus, fertote, ferunto uel seruntote.

Optatiuo modo, tempore praesenti, & praterito imperfecto, utinam ferrem, ferres, ferret. Pluraliter, ferremus, ferretis, ferrent. Praterito perfecto & plusquam perfecto, utinam Tulissem, &c. ut legissem. Futuro, utinam Feram, as, at, ut legam.

Subiunctiuo modo, cum Feram, &c. Praterito imperfecto, cum Ferrem, ferres, &c. Praterito perfecto, cum Tulerim, ut legerim. Praterito plusquamperfecto, cum Tulissem, &c. Futuro, cum Tulero, ut legero.

Infinitiuo modo sine numeris & personis, tempore praesenti, & praterito imperfecto, Ferre. Praterito perfecto & plusquamperfecto, Tulisse. Futuro laturum esse. Gerundia, Ferendi, ferendo, ferendum. Supina, Latum, latu. Participia, Ferens, laturus.

Passiuum uerbum Feror.

**I**ndicatio modo, tempore praesenti, Feror, ferris uel ferre, fertur. Pluraliter, ferimur, ferimini, feruntur. Praterito imperfecto, Ferebar, ut legebar. Praterito perfecto, Latus sum uel fui, ut lectus sum uel fui. Praterito plusquamperfecto, Latus eram uel fueram, ut lectus eram uel fueram. Futuro, Ferar, ut legar.

Imperatiuo modo, tempore praesenti, Ferre, feratur. Pluraliter, feramur, ferimini ferantur. Futuro, Fertor, fertor. Pluraliter, feramur, feriminor, feruntor.

Optatiuo modo, tempore praesenti, & praterito imperfecto, utinam Ferrer, ferreris uel ferrere, ferretur. Pluraliter, ferremur, ferremini, ferrentur. Praterito perfecto, & plusquamperfecto, utinam Latus essem, ut lectus essem. Futuro, Ferar, ut legar.

Subiunctiuo modo, tempore praesenti, cum, Ferar, &c. Praterito imperfecto, cum Ferrer ut supra. Praterito perfecto, cum Latus sim, ut lectus



sim. Praterito plusquamperfecto, cum Latus essem, &c. Futuro, cum Latus ero, ut lectus ero.

Infinitiuo modo sine numeris & personis, tempore praesenti & praterito imperfecto, Ferri. Praterito perfecto & plusquamperfecto, Latum esse uel fuisse. Futuro, Latum iri. Participia duo, Latus & ferendus.

Substantiuum uerbum, sum.

**I**ndicatio modo, tempore praesenti, Sum, es, est. Pluraliter, sumus, estis, sunt. Praterito imperfecto, Eram, eras, erat. Pluraliter, eramus, eratis, erāt.

Praterito perfecto, Fui, fuisti, fuit. Pluraliter, fuimus, fuistis, fuerunt uel fuere. Praterito plusquamperfecto, Fueram, fueras, fuerat. Pluraliter, fueramus, fueratis, fuerāt. Futuro, Ero, eris, erit. Pluraliter, erimus, eritis, erūt.

Imperatiuo modo, tempore praesenti, sis uel es, sit. Pluraliter, simus, sitis uel este, sint. Futuro, Esto, esto. Pluraliter, simus, estote, sunt.

Optatiuo modo, tempore praesenti, & praterito imperfecto, utinam Essem esses, esset. Pluraliter, essemus, essetis, essent. Praterito perfecto, & plusquamperfecto, utinam Fuissem, fuisses, fuisset. Pluraliter, fuissemus, fuissetis, fuissent. Futuro, utinam sim, sis, sit. Pluraliter, simus, sitis sint.

Apud Comicos, Siem, sies, siet. Subiunctiuo modo, tempore praesenti, cum sim, sis, sit. Pluraliter, simus, sitis, sint. Praterito imperfecto, cum Essem, esses, esset. Pluraliter, essemus, essetis, essent. Praterito perfecto, cum Fuerim, fueris, fuerit. Pluraliter, fuerimus, fueritis, fuerint. Praterito plusquamperfecto, cum Fuissem, fuisses, fuisset. Pluraliter, fuissemus, fuissetis, fuissent. Futuro, cum Fuero, fueris, fuerit. Pluraliter, fuerimus, fueritis, fuerint.

Infinitiuo modo sine numeris & personis, tempore praesenti, & praterito imperfecto, esse. Praterito perfecto & plusquamperfecto, fuisse. Futuro proprio caret, cuius loco uti licebit infinitiuo, fore, uel futurum esse.

Gerundiis & supinis caret. Participium unum est, Futurus, a, um.

Possum: inter coniugādū recipit, T: Posui, potes, potest, possumus, potestis, possunt. Poterā, potui, potuerā, potero. Optatiuo modo, Posse, ses, set, &c. Potuisse, possim. Subiunctiuo, Possim, posse, potuerim, potuero. Infinitiuo Possesse, profum, prodes, prodest, profumus, prodestis, prosūt. Proderā, profui, profuerā, prodero. Optat. prodessem, &c. Infinit. prodesse. Interferitur, D. Volo.

**I**ndicatio modo, tempore praesenti, Volo, uis, uult. Pluraliter, uolumus, uultis, uolunt. Praterito imperfecto, Volebam, ut legebam. Praterito perfecto, volui, uoluisti, ut legi. Praterito plusquamperfecto, uoluerā, ut legeram.



legeram. Futuro, Volam, uoles, uolet. Pluraliter, uolemus, uoletis, uolent.

Imperatiuo caret, cuius loco utimur praesenti subiunctiui, ut uelis uelit, &c.

Optatiuo modo, tempore praesenti, & praeterito imperfecto, utinam uellem, uelles, uellet. Pluraliter, uellemus, uelletis, uellent. Praeterito perfecto, & plusquamperfecto, utinam uoluisssem, ut legisssem. Futuro, utinam, uelim, uelis, uelit. Pluraliter, uelimus, uelitis, uelint.

Subiunctiui modo, tempore praesenti, cum uelim, &c. Praeterito imperfecto, cum uellem, uelles, &c. Praeterito perfecto, cum uoluerim, ut legerim. Praeterito plusquamperfecto, cum uoluisssem, ut legisssem. Futuro, cum uoluero, ut legero.

Infinitiuo modo sine numeris & personis, tempore praesenti, & praeterito imperfecto, Velle. Praeterito perfecto & plusquamperfecto, Voluissse. Futuro caret. Gerundia sunt, Volendi, uolendo, uolendū. Supinis caret. Participium unum est, uolens. Malo.

**M**alo, mauis, mauult, maluus, mauultis, malūt. Malebā, malui, maluerā, Malē, males, malet, apud Quintil. Imperatiuo, malis, malit, &c. Optatiuo, Malle, maluisssem, malim. Subiunctiui, Malim, mallē, maluerim, maluissse, maluero. Infinitiuo Malle, maluissse. Cateris caret. Nolo, nō uis, nō uult, nolimus, nō uultis, nolūt. Futuro, Nolā. Imperatiuo Noli, & pluraliter nolite. Futuro, Nolito, nolitote. In cateris formā simplicis imitatur.

Eo. Imperfecto, ibā. Futuro, ibo. Et quibusdā locis accipit e pro i, ut, eo, eūt, eat, eūt, eā, eas, eat, eamus, eatis, eant. Gerundia, Eundi, do, dū. Participiū Iens. Reliqua nota sunt. Venio, uenibam, ueniui, uel uenij, uenicrā, uenibo, &c. Gerundius & participiis caret. Supinum, Venum.

#### Admonitio.

Hic sententiola cōplures & locutiones familiares ex optimis lingua latinae authoribus decerptae proponantur, & in partibus orationis cognoscendis pueri diligenter exerceantur. Debēt autem proponi tenerae aetati & praelegi ea, ex quibus lingua primū, deinde & pectus, morēsque formētur ad elegantē sermonis latini facultatē, & iudiciū rectū. Profuerit hic generalia aliquot syntaxeos pracepta subiungere, ut liberales (nā hos solū praefici pueris ingenuis optamus) pueriliū studiorū formatores habeāt, in quibus rudē pueritiā, & iā primas literarum subamaris radiculas gustantem molliter & leniter exerceant, non tantum partibus orationis agnoscedis, quod omnium primū est, uerum etiam facili constructionis examinatione praecedant ad exactiorem institutionum & integra syntaxeos cognitionem.



- I** Substantiuum & adiectiuum debent esse eiusdem generis, numeri, & casus: ut *vir bonus*. Orandum est, ut sit *mens sana in corpore sano*.
- II** Relatiuum, & antecedens inter se consentiunt eodem genere, numero & persona: ut *Optimus est author, qui prodest & delectat*. *Stultus es, qui huic credas*.
- III** Nominatiuus, aut quod uice nominatiui ponitur. Nominatiuus & uerbum personale finiti modi (sive suppositum & appositum) congruunt inter se in numero & persona, ut *Ego pronuncio*. *Tu recitas*. *Petrus audit*. *Nos dimittemur*. *Vos manebitis*. Nominatiuus hic sæpe non exprimitur, sed intelligitur in uerbis primæ & secundæ personæ, ut *dixisti*. *non dixi*. Exprimitur autem discretionis aut emphasis causa, ut *Tu ne ille es?*
- Annotatio in tres præcedentes regulas. Duo uel plura singularia, pluralis uim habent, ut *Virgilius & Horatius boni poetae sunt*.
- Observandum est, primam personam digniorem esse secundæ & tertiæ, & secundâ tertiâ, ut *Ego & tu disputabimus*. *Tu & frater pronüciabitis*.
- III** Interrogatio & responsio conueniunt inter se de solo casu, ut *Quis pauper est? auarus*. *Cuius est pronüciare carmina? Petri, uel tuum est uel meum*. *Quor inuenisti asses? duos, &c.*
- V** Duo substantiua rem eandem significantia. Epexegetis. Duo nomina substantiua eandem rem significantia, ponuntur in eodem casu, & uulgo appositio dicitur, ut *Christus dominus*, *Maria uirgo*, *bos animal*, uel *boves animal*, uel *bos est animal*.
- VI** Duo substantiua res diuersas significantia. Substantiuum nomen regit alterum substantiuum (quod non eandem rem significat) in genitiuo, ut *Vita sapientis*. *Omniũ rerũ uicissitudo est*.
- VII** Duo substantiua res diuersas significantia. Omne uerbum uel adiectiuum potest regere datiuum significantem commodum uel incommodum, siue rem, cui aliquid fit: ut, *Veritas multis non est iucunda, sed solis grata bonis*. *Mihi isthic nec feritur, nec metitur*.
- VIII** Verbum actiuum regit accusatiuum in re patiente: ut, *Veritas odium parit*. Item deponentia & communia actiue significantia: ut, *Puer patrem ueretur*. *Matrem osculatur*.
- Et quadam absoluta actiue posita: ut, *Omnes una manet mors*. *Ludit operam*.
- IX** Omne uerbum passiuum recipit post se ablatiuum iunctum præpositioni *à* uel *ab*: ut, *Laudatur ab his*: *culpatur ab illis*.



Omne uerbum potest  
regere post se tres ca-  
sus communes

Datiuum rei, cui aliquid fit: ut, Tibi desudat labor meus.

Accusatiuum significantem temporis diuturnita-  
tem: ut, scripsi tres horas.

Ablatiuum si-  
gnificantem

Temporis diuturnitatē, qui etiam  
in accusatiuo ponitur: ut, vixit X  
tribus annis.

speciem temporis, cum fit inter-  
rogatio per quādo: ut, Scripsi ho-  
ra tertia, nocte, superioribus  
diebus.

Instrumentum: ut, scribo calamo,  
cui non potest addi cum.

Causam: ut, Pallet morbo. Vitupe-  
rat hunc inuidia.

Modum: ut, scribit magno labore.

Verba electionis, aut uoluntatis aut facultatis, & uerba impersonalia,  
uerbis infinitiuis præponuntur: ut, Volo scribere. Nescio loqui. Libet experiri. XI

Comparatiuus regit ablatiuum rei superata: ut, Coræbo stultior, id est,  
quàm Coræbus. XII

Superlatiuus regit genitiuum pluralem: ut, Virgilius doctissimus poeta-  
rum. Optimus plebis. XIII

Verba substantiua, uocatiua, & similem uim habentia: Item uerba ge-  
stuum & quædam alia, utrinque recipiunt nominatiuum: ut, virtus est ex-  
petenda. Sedet tristis, incuruus, &c. XIII

Infinitiuo uerbi personalis præponitur accusatiuus: ut, Audio Casarem  
aduentare. XV

Verba emendi & uendendi & permutandi, regunt ablatiuum pretium  
significantem: ut, Emit tribus assibus: Magno reuendit. Cice. Emi propè di-  
midio carius quàm æstimabat. sed exigunt hos genitiuos, tanti, quanti, plu-  
ris & minoris. XVI

Participium, supinum, & gerundium seruant post se casum sui uerbi,  
eiusdem significationis: ut, Audio, audiens, auditurus docentem. Eo audi-  
tum præceptorem, ad audiendum præceptorem. Auditus à me præceptor, &  
sæpius audiendus. XVII

Priora supina adiunguntur uerbis motus ad locum. Horatius. spectatum



ueniunt. Ire cubitum uel dormitum, deambulatum, pransum, coenatum, uenatum, &c.

Posteriora adiectiuis quibusdam adiunguntur, ut Iuuenalis: Nil dictu foedum uisusque, hæc limina tangat. Intra quæ puer est.

XVIII

Aduerbia iunguntur uerbis uel participiis, uel nominibus, & interdum aliis aduerbiis: ut Parum perpendit, temere iudicans, ualde stupidus, admodum puer, bene mane.

XIX

Verba quietis sunt quæ referuntur ad interrogationem, Vbi. Verba motus ad locum, quæ respondentur ad Quo. A loco, ad Vnde. Per locum, ad Qua.

Propria nomina oppidorum & uicorum in genitiuo adiunguntur uerbis quietem in loco significantibus, si sint prima uel secunda declinationis: sed in datiuo uel ablatiuo, si sint tertia declinationis, uel pluralis numeri: ut, Habitauit vltraiecti, Louanii, Aureliæ, Lutetiæ, Tornaci, &c. Carthagini uel Carthagine, Parisius, Athenis, &c. Regionum autem, insularum & montium nominibus præpositio apponitur sicut appellatiuis: ut, Habitauit in Germania, in Gallia. Expectat in foro.

XX

Verbis significantibus motum ad locum additur accusatiuus nominum oppidorum & uicorum: ut, Venit Romam, Carthaginem, Lutetiam, &c. Sed regionum, insularum & montium nominibus præpositio additur: ut, in Italiam, in Africam, &c.

XXI

Verba motus à loco, uel per locum, requirunt nomen proprium oppidi aut uici in ablatiuo: ut, Rediit Roma, Carthagine, Parisius. Sed regionum, insularum & montium nominibus præpositio additur, ut ex Italia, per Germaniam, &c.

De Notis.

Comma ut,

Nota, quibus oratio distinguitur, sunt quatuor uel quinque, ut, quod uocatur comma, quo orationis membra imperfecta signantur.

Colon ut:

Perfectiora notantur hac figura: quod colon dicitur.

Periodus ut.

Absoluta sententia signatur hac. quam litera maiuscula sequitur, appellaturque periodus.

Interrogatio ?

Interrogationis hæc nota est ?

Ouidius, Nil per in toto quietur quam (in breue due) mundo. Olim circumflexus mora quadam protraheretur.

Parenthesis, aliquid includens, quod salua sententia possit eximi, notatur duobus semicirculis, hoc modo ( )

Accentuum notæ sunt tres, acutus, ut ' grauis, ut ^ & circumflexus, ut ^.

Acuto & circumflexo syllaba attollitur, graui deprimitur.

Longarum & breuium syllabarum notæ sunt

Apostrophus ' nota est uocalis à fine dictionis reuulsa insidens extremo literæ, ut ain', uiden', egon', pro aisne, uidésne, egóne.

Subiunctionis



Subiunctionis nota est qua disiunctae syllabae coniunguntur, ut qui cūq;  
 Hypodistola, qua male coniuncta segregantur: ut, conspicitur, sus: ne-  
 quis legat, conspicitur sus. CVR AMIAR TROE IAO  
 Diarefis hæc nota est ut, aulāi.

De syllabis diuidendis Regulae duae obseruanda.

Prima.

Consonantes, quae in principio dictionis coniungi possunt, in medio se-  
 iungi non debent, ut uenustas: nam & stare & studium dicitur. est  
 igitur in hoc nomine tertia syllaba stas, sic in uoluptas, ptas: nam & ptisana  
 & prolemus dicitur. in senectus, tertia est syllaba, ctus. in proximus, se-  
 cunda est xi.

Secunda.

Quae composita sunt, in his unaquaque pars per se ponitur, ut abs te-  
 minus abs tinea, ne scio, prater eo, re spondeo, ab oleo, &c.

Finis Rudimentorum.

E ij



INSTITVTIONES GRAMMATI-  
CAE POST PRIMA RVDIMENTA

*pueris ediscenda.*

*In quibus de genere & declinatione nominum coniunctim præter vul-  
garem Grammaticorum in docendo morem, itémque de præteritis & su-  
pinis uerborum coniuncte præcepta breuia & facilia traduntur.*

*Conscripta à Cornelio Valerio Vltraëctino, & dictata duobus fratribus  
germanis, optimæ spei pueris, Philiberto & Iacobo, D. Hieronymi à se-  
roeskercke, equitis aurati, Domini in Moermont & VVellant, filius, disci-  
pulis charissimis.*

*Admonitio.*

**C**ognitis nominum & uerborum flexionibus, interim dum hæc gram-  
maticæ institutiones pueris explicantur, & repetitione quotidiana di-  
ligenter inculcantur, ne præceptionum exempla desint, libellus aliquis  
proponatur, doctus, facilis & utilis. Breuiiores aliquot & faciliores Cice-  
ronis epistolæ. Erudita colloquia, qualis est illa Iohannis Ludouici Viuis ex-  
ercitatio linguæ latinæ. Fabule Terentianæ. Præcepta aliqua morum ac ui-  
ta. selecti aliquot ex optimis poëtis uersiculi, ut numerorum modulatio-  
nem & concinnitatem pueri nondum etiam intelligentes admirari inci-  
pian, quæ grandioribus magna delectationi, & usui futura sit & orna-  
mento. Luciani quoque dialogi selecti ad usum fabularum. Et siquid aliud  
est eiusmodi, ut & prosit & delectet, bene latinum & satis apertum. Vbi  
iam libellos aliquot audierint pueri, dictabit his præceptor breuiusculas ser-  
mone uernaculo epistolas, quas latine reddere discant. Eas ille recognoscens,  
non solum emendabit, uerum etiam quemadmodum id, quod erat dictatū,  
recte conuerti potuerit, ostendet, & suam deinde conuersionem proferet.

*Gramma*



		Historice, authores enarrandi scientia, quae praeceptis concludi non potest:			
Grammatices partes authore Quintiliano sunt	Methodice, quae praecepta recte loquendi & scribendi continent. Cuius partes sunt:	Orthographia, recte scribendi rationem	tradēs,	In literis	uersatur.
		Prosodia, recte pronuncian- di rationem		In syllabis	
		Etymologia, partium orationis discrimen & proprietatem <i>scilicet originem</i>		In dictionibus	
		Syntaxis, rectae dictionum coniunctionem		In orationibus	

*Analoga .i. rōis regula*

Quo ordine grammatices partes tradita sint.

**D**E orthographia non uidentur hoc tempore nobis praecepta tradēda, sed admonendi potius ij, qui literas connectendi & recte legendi rationem pueros docent, ut emendatos proponant codices, aut eos ipsi corrigāt, iubeātq; singulas primū literas, deinde syllabas, tum totas dictiones, postremo distinctiones membrorum sententia perfecta diligētē ipsos pueros inspicere, & obseruare, quo quicq; modo scriptū sit, in primis uerō curent, ut clare syllabas omnes pueri exprimāt, corrigāt oris uicia, quae saepe sūt adeo uaria, ut difficile foret numero cōprehendere, cum singulis fere nationibus peculiaria quaedā sint in pronuncian- do uicia, quae uulgus non animaduertit, docti notāt. Quāobrem de hac parte cum alij multa scripserint, nos eam omittendam, & praeceptorū industriae, in instituendo relinquendā putauimus. Altera grammatices pars, quae est de pronuncian- do, post syntaxeos praecepta breuiter à nobis explicabitur, quam interim pueri ex praeceptoris & emendate loquentiū sermone quotidiano discant. superest etymologia, quae proprie uocum origines scrutatur, & nouas significationes (unde & nomen ducere uidetur, quod Cicero ueriloquiū conuertit) quae cum discrimina quoque orationis tractet, nos hāc partē his institutionibus facili methodo, ordine perspicuo, breuiter & tamen sufficienter trademus, sequētes *ordo*, ordinem partium orationis in toto opere, & declinationū in nomine, ita



ut generalibus regulis primū breuiter explicatis, mox in singulis declinationibus nominum genus & flectendi uarietas coniunctim tradita eodē loco reponantur, itemque uerborum praterita & supina cōiungantur. Et siquid rei grauioris annotandum occurreret, quod cognitis præceptis prælegi debeat, id in omnibus opusculis ad finem libelli reuicietur.



F. rectius inter  
seuiocales nu  
meratur.

Grammaticæ, est certa loquendi & scribendi ratio ex optimorum lingua latinæ authorum lectione profecta. Nomen à literis inditum, scientiam literariam notat.

sex uocales, a, e, i, o, u, & Græcæ y.

Litera sunt una & uingit. Ex his

Quindecim cōsonantes, ex quibus }  
Mute octo, b, c, d, f, g, p, q, t. }  
seuiocales }  
Liquida, l, m, n, r. }  
Duplices, x, z. }  
Ex his } s. monadicon.

Diphthongi quinque sunt, æ, œ, au, eu, & ei.

Componuntur ex literis cum uocali coniunctis syllabæ, ex syllabis dictiones, ex dictionibus oratio.

Partes orationis } quatuor }  
sunt octo, } declinabiles }  
Nomen }  
Pronomen } quatuor in- }  
Verbum } declinabiles }  
Participium } Interiectio.

Nomen, est quod cum casu corpus aut rem sine tempore significat.

substantiuum }  
Proprium, quod uni peculiare est. }  
Appellatiuum, quod pluribus est commune. }  
Nomen est }  
duplex }  
Adiectiuum }  
triplex }  
Nominale }  
Pronominale }  
Participiale }

vnus uocis, ut sapiens.  
Duarum uocum, quarū prior communis est duūm generum, altera neutrius, ut hic, hæc fortis, hoc forte.  
Trium, ut hic bonus, hæc bona, hoc bonum.  
vnus uocis, ut ego, nostras.  
Trium, ut meus, noster.  
vnus uocis, ut amans.  
Trium, ut amatus, amandus.



Accidentia nominis octo sunt: Qualitas, comparatio, genus, numerus, figura, species, casus, & declinatio. quæ repetentur ex rudimentis.

HIC de genere & declinatione coniunctim, & de comparatione breuiter explicabitur.

DE GENERE.

Genera tribus modis noscuntur. {  
 significatione, ut Iacobus, masculini generis.  
 Terminatione, ut musa, feminini generis.  
 Authoritate, ut talpa, dubij generis. Virgilius, Talpæ oculis capti.

Propter adiectiua reperta sūt genera in substantiis.

Regulae generales de genere nominum ex significatione.

Prima regula, masculinorum.

NOMINA uirorum & officiorum uirilium, item deorum, ac spirituum, sunt generis masculini, ut Cicero, consul, frater, Iupiter, Gabriel, satan. Et nomina equorum & canum masculinorum, ut Pyrois, Melampus.

Præterea: Nomina uentorum, fluuiorum & mensium sunt masculina, ut Boreas, Auster, Rhenus, Mosa, Acheron, Aprilis, Maius.

Sed allia, styx, & lethe sunt feminina.

Notandum est: Nomen speciale quandoque accipere genus uocis communioris, & sensum potius quam uocem spectari, ut Albula pota deo, intelligitur aqua. Thessalus Ossa, subauditur mons. Eunuchus Terentiana, scilicet fabula. Centaurus magna, scilicet nauis. scelus postquam ludificatus est uirginem, id est scelestus.

Annotatio.

secunda regula, femininorum.

Nomina mulierum & muliebrium officiorum, itemque deorum & furiarum sunt feminina, ut Anna, Venus, Aleto, Glycerium, obstetrix, soror. Et nomina equarum, ut Podarges, Thyrbas. Adhæc,

Nomina arborum sunt feminina, ut pomus, malus, pyrus.

Hinc excipiuntur ea, quæ desinunt in aster, ut oleaster, pinaster: item spinus, rubus, dumus, libanus, quæ sunt masculina:

Acer, siler, robur, & suber, quæ sunt neutra. Præterea,

Nomina regionum, insularum, & urbium sunt feminini generis, ut Italia, Sicilia, Roma.

Excipiuntur urbium nomina, quæ terminantur in um & ur, ut Traiectum, Tybur, & alia nonnulla, quæ sunt neutra.



sulmo & acragas, & nomina urbium ini, pluralis numeri tantum, ut Parisii, sunt masculina.

## Tertia regula, communium.

**Communia.** Quae conueniunt uiris & mulieribus una terminatione, sunt generis communis, ut dux, author, sacerdos, testis, ciuis, exul, incola, aduena, terri- gena, parricida, & plura quae componuntur cum uerbis Cado, Cigno, Ve- nio, & Colo. Item gentilia, Saxo, Arcus, Scythia, &c.

Excipiuntur hinc quaedam masculina, ut pullus, catulus, liberi, orum.

Quaedam foemina, ut plebs, soboles, ouis, pecus pecudis.

Quaedam neutra, ut scortum, mancipium, animal, pecus pecoris, seruitia, orum. sunt quaedam duplici uoce, ut hic magister, haec magistra: dominus, do- mina: lupus, lupa: leo, leena: seruus, serua.

## Quarta regula, Epicœnorum.

**Epicœna.** Nomina auium, ferarum, piscium, reptilium, & insectorum, sunt epi- cœni generis, sub articulo magis terminationi congruo, ut hic miluus, pa- uo, scarabeus: haec aquila, uipera, musca, &c.

Haec tamen uere sunt uel masculina, uel foemina.

Non referuntur huc ea, quorum sexus facile dignoscitur, neque ea, quo- rum discretae sunt terminationes, ut hic gallus, haec gallina: hic columbus, haec columba: hic ceruus, haec cerua: hic & haec canis, &c.

## Quinta regula, Neutorum.

**Neutra.** Fructuum nomina neutra sunt, ut pyrum, papauer, piper.

Excipiuntur, nux, auellana, castanea, ficus, glans, iuglans, galla, quae foemina sunt.

Nomina literarum, & uerba, & aduerbia loco nominum posita, & πενήκοντα uoces pro se ipsis acceptae, seu πενήκοντα, & indeclinabilia, sunt neutra, ut α, β alpha, beta (sed cum dicimus a longam uel breuem, subauditur litera que non pro re bus capiuntur, uel syllaba) triste uale, scire tuum, aliud cras, dissyllabum homo, fas, nefas, pondo, nihil, uirus, &c.

## Sexta regula adiectiuorum, &amp; numeralium.

Adiectiua omnia, & sola sunt generis omnis, quae diximus esse tripli- cia, nominalia, pronominalia & participalia. Aliqua unam uocem ha- bentia, aliqua duas, plurima tres.

Nomina numeralia quae numerum absolute significant, & cardinalia uocantur, latine principalia, ita flectuntur: hic unus, haec una, hoc unum, hi uni, haec una, haec una. Hi duo, haec dua, haec duo: genitino, orum, arum,

orum:



orū, datiuo, obus, abus, obus, accusatiuo, os, as, o, ablatiuo, obus, abus, obus.

Hi & hæc tres, & hæc tria, genitiuo trium, datiuo & ablatiuo tribus, accusatiuo hos & has tres, & hæc tria. Hinc usque ad centum sunt generis omnis, & indeclinabilia, ut quatuor, quinque, sex, septē, octo, nouē, decem, undecim, duodecim, tredecim, quatuordecim, quindecim, sexdecim, septēdecim, octodecim, nouendecim, uiginti, uiginti unus, a, um, & c. Triginta, quadraginta, quinquaginta, sexaginta, septuaginta, octoginta, nonaginta. Centum, centum & unus, a, um, & c. A centum composita tres habent uoces: & per tria genera declinantur, ut ducenti, tæ, ta, sic trecenti, quadringenti, quingenti, sexcenti, septingenti, octingenti, nongenti. Mille, duomillia, uel bis mille, ter mille, & c. sicut & tercentum etiam dicitur. Accipitur autem mille & adiectiue & substantiue. Adiectiuum indeclinabile est, plurale tantum, generis omnis, ut mille homines, mille passus. substantiuum singulari numero, indeclinabile est, neutrius generis, ut Mille passuum percurri, mille annorum. Pluraliter, milia, milia, milibus, ut duomilia equitum, uel bis mille equites.

Regulae speciales generum & genitiuorum in singulis declinationibus. sunt autem quinque declinationes.

In his regulis omnibus primum uidendum est in generum examinatione, nunqua sit regula generalis, qua sequentibus his derogetur.

DECLINATIO PRIMA.

**N**ominatiuus primæ declinationis quatuor terminationes completur: as, es, e, & a.

Quæ finiunt in as, es, Græca ferè sunt, masculini generis, ut Aeneas, Anchises.

In e sunt item Græca, sed foemini generis, ut pentecoste, epitome.

In a desinentia sunt foemina, ut musa, polenta, dea, bona.

Excipiuntur cometa, planeta, propheta, & similia Græca, quæ sunt masculina. Leguntur & oculis capri talpæ, & timidi damæ apud Virgilium.

Poeta (cuius foemininum poetria) Mosa, incola, indigena, & c. ad generales regulas pertinent.

Veteres etiam dixerunt indigenus, a, um.

Pascha neutrum est, cuius genitiuum paschæ faciunt. Alij tertiæ declinationis uolunt in genitiuo paschatis.

Sunt & Hebraïca, ut Adam, quæ simili forma flectuntur, ut sit genitiuus & datiuus Adæ: reliqui, am: cum tamen barbara sint indeclinabilia, ut Adam, Abel, Hester, Noe, Melchisedec, & c. sed hæc latina terminatione donari solent & flecti, ut Adamus, Abrahamus, Abelus, & c.



Pluralia in a, sunt neutra, secundæ declinationis, ut arma, orum.

De Genitio & cæteris obliquis.

Genitiuus & datiuus exeunt in æ diphthongum, ut huius musæ, huius musæ. sed rarus est & priscus genitiuus in as more Græcorum factus, ut maias, auras, familias, pro æ. & aulai pro aula. Accusatiuus in am, ut musâ. Verum quæ exeunt in as, habent am & an, ut Aeneam uel an. Quæ finiunt es: en & am, ut Anchisen, uel Anchisam, ab antiquo nominatiuo Anchisa.

Vocatiuus est nominatiuo similis. sed quæ exeunt in as, & es, amittunt s in uocatiuo, ut ô Aenea, ô Anchise.

Ablatiuus desinit in a, ut musâ. sed quæ terminantur in es & e, habet e, ut hoc Anchise, uel etiam Anchisâ. Virgilius, Anchisa generate, & c. hac epitome.

Annotatio.

Possunt hæc ta-  
men & latina  
forma declina-  
ri: hæc epitoma,  
huius epitomæ,  
& c.

Animabus, in-  
auditum est ue-  
teribus.

De syncope, &  
paucis aliis fi-  
guris, uide uer-  
seculos quatuor  
sub capite, de  
uerbis anomæ-  
malis.

Finita in e, habent in genitio es, & accusatiuo en, in reliquis e. Plura-  
liter ut cætera primæ declinationis, flectuntur.

De numero plurali.

Nominatiuus & uocatiuus pluralis in æ, genitiuus in arum, datiuus & ablatiuus in is, accusatiuus in as. sed quædam huius declinationis nomina datiuum & ablatiuum in abus formant, ut dea, filia, nata, equa, mula, li-  
berta, ambæ, duæ. Leguntur tamen etiam natis, filiis. Poetæ sæpe genitiuum hunc per synopen efferunt, ut dardanidum pro dardanidarum.

#### DE SECUNDA DECLINATIONE.

Secunda declinatio sex habet terminationes, er, ir, us, eus, ur, um. In er, ir, us & eus sunt masculina, ut puer, uir cum compositis leuir, trium-  
uir, & c. musicus, Orpheus.

Neutra sunt pelagus, & uulgus, quod etiam masculinum est in accu-  
satiuo. In ur, unum nomen est omnis generis, quod est, satur, ra, rum.

In um omnia sunt neutra, præter nomina hominum propria, ut templum. Et græca mutantia on in um, ut Ilium, enchiridion, Latine enchiridium, & c. neutra sunt.

Fœminina sunt hæc, domus, colus (quæ sunt etiam quartæ declinationis) uannus, & multa Græca mutantia os in us, ut abyssus, byssus, hyssopus, eremus, papyrus, arctus, synodus, methodus, & c. diphthongus, humus, al-  
uus, carbasus. Et gemmarum aliquot nomina, ut cristallus, saphirus, & c. genere fœminino ferè leguntur. Ficus est quartæ & secundæ declinatio-  
nis pro arbore uel fructu, generis fœminini: pro morbo masculini, & se-  
cundæ declinationis tantum.

Cristallus fœ-  
mininum, uel  
cristallum neu-  
trum.  
Ficus.

Dubia



Dubia sunt, pampinus, barbitus, grossus, uel potius pluraliter grossi, & si qua sunt alia. Atomus sapius est foemininum.

Reperitur & barbitum neutri apud Ausonium.

De genitio.

Genitiuus hic desinit in i, & pares nominatiuo syllabas habet, ut magister magistri, templum templi, &c. Quaedam in ium poetæ per apocopen efferunt, ut peculi pro peculi: sic tuguri, Putaui. sed nominatiuum unâ syllabâ superant, quæ finiuntur in i, ur, eus, ut uir uiri, satur saturi, Tydeus Tydei, uel Cræco more, Tydeus Tydeos, Tydei, Tydea, Tydeus, Tydeo: & ea quæ subiunguntur in er, prosper, asper, puer, tener, miser, gibber, lacer, exter, socer, gener, adulter, uber, celtiber, liber pro baccho, & adiectiuum liber. Et composita à gero & fero in ger & fer desinentia, ut clauiger, clauigeri, lucifer, luciferi, &c.

Substantiuua liber nõ crescit. Caterus, ra, rû, integre dicitur. Caterus ornatus, apud Catonem de re rustica. Olim, neuter, neutri, neutro, declinabatur. unde remansit apud Grammaticos neutri genitiuus pro neutrius.

Observatio.

Hæc nomina, unus, ullus, uter, nullus, solus, totus, alter, neuter, adiectiua sunt, & in quauis terminatione habent ius in genitio, & i in datiuo, ut unus, a, um, in genitio unius, in datiuo uni. Alius in neutro genere aliud facit, & in genitio alius, penultima longa. Alter uerò, alterius penultima correpta. Tria tantum horum uocatiuum habent, unus, solus & totus. Attica sunt, Androgeos, Apollos, Nicoleos, &c. In genitio & datiuo o, in accusatiuo on uel o: uocatiuus est similis nominatiuo.

De datiuo, accusatiuo & ablatiuo.

Datiuus & ablatiuus singulares desinunt in o, ut puero. Accusatiuus in um, ut puerum. Sed quæ eus finiunt, habent præter um etiam ea, ut hunc Orpheum uel Orpheam. Græca per on finiunt, ut Pergamus, accusatiuo Pergamon.

De uocatiuo.

Vocatiuus est similis nominatiuo, ut ô puer. sed quæ desinunt in us mutantur in e, ut ô serue: Et eus in eu, ut ô Orpheu. Propria in ius Latina per i faciunt uocatiuum, abiecta us syllaba nominatiui, ut virgilius, virgili. sic & filius, ô fili. Populus, agnus, chorus, fluiuius, habet in uocatiuo e, & us apud poetas figurate ut opinor, idque per antiptosis.

De numero plurali.

Nominatiuus & uocatiuus pluralis in i desinunt, ut hi pueri, ô pueri. sed neutra in utroque numero tres casus habent similes, nominatiuum, accusatiuum, & uocatiuum: & in plurali semper exeunt in a, ut scamna, paucis exceptis, ut ambo, duo, quod, quid, hoc, isthuc, uel isthuc. Genitiuus pluralis in orum, ut puerorum. Et per syncopen in um, ut deum pro deorum, numum pro numorum. Datiuus & ablatiuus desinunt in is, ut his



pueris. Accusatiuus in os, ut hos uiros.

Ambo, duo.

Nominat. & uocat. plurali	$\left. \begin{array}{l} \text{hi, o} \\ \text{hæ, æ} \\ \text{hæc, o} \end{array} \right\}$	Gen.	$\left. \begin{array}{l} \text{orū} \\ \text{arū} \\ \text{orū} \end{array} \right\}$	Dat. & ablat.	$\left. \begin{array}{l} \text{obus} \\ \text{abus} \\ \text{obus} \end{array} \right\}$	Accusatiuo.	$\left. \begin{array}{l} \text{os} \\ \text{as} \\ \text{o.} \end{array} \right\}$

## DE TERTIA DECLINATIONE.

**T**ertia declinationis genitiuus latinus ubique desinit in us, græcus in os.

A

**A** Nomina in ma, sunt græca neutrius generis, & assumunt in genitiuo tis, ut dogma, dogmatis, uel græco more dogmatos, a breui.

Hæc nomina faciunt etiam datiuum & ablatiuum pluralem in tibus, ut dogmatibus uel dogmatis.

E

**E** In e finita neutra sunt, & mutant e in is in genitiuo, ut cubile, cubilis. Hoc præsepe, in singulari indeclinabile esse uolunt. Dicitur & à ueteribus hæc præsepes, huius præsepis. Pluraliter præsepia, præsepibus, &c. Gausape, in singulari indeclinabile, in plurali gausapa. Cape indeclinabile. Est & hæc capa, capæ.

I

**I** In i exeuntia sunt neutra & indeclinabilia, ut gummi, moli, sinâpi, quod & sinapis legitur genere fœminino. Generis omnis sunt hæc & indeclinabilia, Frugi, nauici, mancipi, nihili, huiusmodi, cuiusmodi, &c.

O

**O** In o finita sunt masculina, & habent in genitiuo onis, ò longo, ut sermo, sermonis, pugio, pugionis, sic titio, scipio, uespertilio, papilio: prædo, prædonis: carbo, carbonis. Bubo est dubij generis. sed habent ò breue in genitiuo Macedo, vangio, Brito, & similia, præter Burgundio.

Exceptio prima.

Verbalia in io, (hoc est nomina à uerbis deducta) sunt fœminina, & habent onis etiam ò longo, ut lectio, lectionis, concio, natio, questio, ratio, &c. Adduntur his legio, regio, communio, portio, rebellio, ditio, talio, unio pro concordia. Nam unio pro margarita, & hi numeri, binio, ternio, quaternio, &c. sunt masculina.

Unio pro margarita non legitur.

Ex generalibus regulis quedam cognoscuntur communia, ut latro, &c. Quedam masculina, ut pellio, restio, fullo, cerdo, tyro, pernio, titio, &c. quæ omnia habent ònis longum.

Dido



Dido, didōnis uel didus: Caro, carnis fœminina. Et græca in o fœminina genitiuū faciūt per us: ut hæc Echo, huius echus: in reliquis casibus seruant o. Nerio uxor Martis, & Anio flumen, habēt ênis longū, & ex generalibus regulis nota sunt.

Exceptio secunda.

Finita in do & go sunt fœminina, & habent inis in genitiuo penulti- Do Go  
ma correpta, ut dulcedo, dulcedinis, alcedo, cupido pro cupiditate, imago, imaginis.

Hæc masculina sunt, & inis etiam habent: turbo, ordo, cardo, Apollo, Cupido pro deo, margo, quod & fœmininum reperitur.

Homo quoque, & nemo habent inis, & sunt communia.

Masculina sunt, spado, cerdo, burdo, mango, ligo, harpago, quæ habent Vdo, udonis e-  
tiã mascul. est.  
ônis o longo. sic lurco, comedo & unedo fœmininum, arboris nomen.

Pondo neutrum est indeclinabile singularis & pluralis numeri, pro libra & pro pondere.

C D T.

Nomina in c, d, & t finita, sunt neutra, ut lac, lactis. Hæc pro liquami- C D T  
ne est neutrum uel fœmininum. pro pisce halex (ut eruditi scribunt) fœmininū est, & habet halecis. Melchisedec, hebraū est indeclinabile: Quid, cū compositis, aliquid, siquid, &c. Masculina sunt propria, David huius dauidis, i longo: & Bogud huius Bógudis ũ breui.

Caput cum compositis sinciput & occiput habent itis, i breui.

Dicitur etiam  
occipitium.

Tot & quot cum compositis sunt generis omnis indeclinabilia, & pluralia, ut quotquot, aliquot.

Sabaoth hebreum nomen est pluralis numeri, generis fœminini.

Al, el, il, ol, ul.

Nomina in al neutra sunt, & habent alis ā longo in genitiuo, ut animal, Al.  
animális, tribunal, uectigal.

Propria ex regula generali sunt masculina, & habent ālis breue, ut Hannibal, Hannibalis, Arerbat, Asdrubal.

Sal, salis neutrum, nunc sapius masculinum est, etiam numero plurali. Pro urbanitate uel ioco tātū masculinū est, tã singulari quàm plurali numero.

In el neutra sunt, ut mel, fel, subtel. Mel in genitiuo mellis, & fel fellis, El  
Subtel non declinatur.

Propria sunt masculina, & habent êlis longum, Gabriel Cabrielis.

In il neutra sunt, ut nihil, nil, quæ non flectuntur.



Mugil est masculinum. Strigilis, foemininum est.

Tanaquil, Tanaquilis foemininum est. Communia sunt pugil & uigil (quod etiam adiectiuum) & habent illis breue, ut uigilis, pugilis, &c.

Of In ol unicum nomen est, Sol solis o longo.

VI In ul tria sunt, Consul, presul, masculina: & exul commune, quæ habent ulis u breui, ut consulis, &c.

Am, em, im.

Am In am sunt adiectiua, ut nequam indeclinabile. Et quisquam, quispiam & similia, sunt etiam generis omnis.

Em In em, tantundem, neutrum est, in genitiuo tantidem, ceteris casibus caret: ad secundam declinationem pertinet. Idem, est pronomen adiectiuum. Totidem adiectiuum est plurale indeclinabile.

In In im sunt hebraea pluralis numeri & generis masculini, ut Cherubim, Seraphim.

An, in, on.

An Finita in an graeca sunt masculina, & habent in genitiuo anis uel anos longum, ut Titan, Titanis uel nos.

In In in exeuntia itidem graeca sunt masculina, & inis uel inos longum habent, ut delphin, delphinis uel delphinos.

On In on desinentia sunt item graeca masculina, ut agon, canon, solon, demon, &c.

Genitiui nomen in on. Excipiuntur icon sindon & halcyon foeminina, & Babylon urbis nomen. Horum quaedam genitiuum faciunt per onis longum, quaedam per onis breue. Onis longum habent oppidorum nomina, ut sidon, Babylon, &c.

præter Lacedæmon, quod habet breue, sic agon & quaedam alia. Nomina propria hominum alia habent onis longum, ut solon, Dion. Alia breue, ut Machaon, Iason, Palæmon.

Onis breue habent, icon, sindon, halcyon, demon, &c.

Sunt etiam quæ ontis habent, ut Charon, Xenophon, Phaeton, ontis: Laocoon, Laomedon, &c.

En.

En. Finita in en sunt neutra, & habent inis breue, ut Lumen, fulmen fulminis. Excipiuntur masculina, quæ partim inis habent, partim enis.

Habentia inis breue.

Quæ ueniunt à cano in cen, tubicen, tибicen, fidicen, cornicen, oscen: quorū foeminina desinunt in a, ut tubicina, tибicina, fidicina: Et flamen pro sacerdote, cuius foemininum est flaminica: Et pecten, habent inis penultima bre-



ut tubicen, tubicinis: flamen, flaminis, &c. Alia habet enis e logo: ut ren, <sup>Habentia enis</sup> renis: lien, lienis: splen, splenis: lichen, lichenis: attagē, attagenis. <sup>longum.</sup> Additur  
fœmininum siren, sirenis. sed masculinum hymen habet hymenis breue.

Ar.

In ar finita neutra sunt, & habet aris longum in genitio: ut exemplar <sup>Ar</sup>  
exemplaris, calcar, sed hæc neutra breue habent aris, nectar, & iubar. far, <sup>Ar</sup>  
farris: hepar, hepatis. Habent & hæc masculina aris breue, casar, baltha-  
sar, amilcar, bomilcar, arar, lar. Par adiectiuum cum compositis, & par  
substantiuum: Nar masculinum producit naris.

Er.

In er sunt masculina, & habent eris breue, ut agger, aggeris, carcer, la- <sup>Er</sup>  
ter, mulciber, &c. Vesper etiam masculinum est.

Exceptio prima.

Nomina latina in ter itidem sunt masculina, sed habet tris, ut frater, fra <sup>Latina in ter.</sup>  
tris: accipiter, tris. iupiter habet iouis.

Fœminina sunt linter, mater, quæ tris habent. Mulier, mulieris è breui.  
Græca in ter masculina sunt, & e producant in genitio, ut crater, panther. <sup>Græca in ter.</sup>  
&c. Aether tamen atheris habet è breui.

Exceptio secunda.

Nomina in uer & ber, & fructuum nomina, sunt neutra, & habent <sup>Ver & ber</sup>  
eris breue, ut cadauer cadaueris (sed uer ueris) uber uberis: tuber pro tu-  
more, & pro fungo (nam pro pomis masculinum est) cicer, piper: sed cu-  
cumer masculinum est, pro quo nunc cucumis dicitur.

Neutra sunt iter, itineris: sed spinter quidam spintris faciunt, aliis ἀπτα-  
& esse uidetur.

Exceptio tertia.

Adiectiua in ber, cer, ster, mutant er in ris, ut celeber, celebris (præter pu <sup>Ber, cer, ster.</sup>  
ber & uber, quæ habent eris) acer, acris: paluster, palustris. Et flectun-  
tur per tres terminationes, ut hic acer, hæc acris, hoc acre: sic campester, uo-  
lucer, alacer, pedester, equester, syluester, celeber, celer, saluber. Flectuntur  
& sic: hic & hæc salubris & hoc salubre. hic & hæc celebris & hoc ce-  
lebre. Quædam ex his er, quædam is frequentius usurpant. Apud Cice-  
ronem sæpius est, acer, alacer, sequester: salubris, celebris.

Sequester, is, e, uel sequester, rarum.

Sunt quatuor adiectiua, quæ una terminatione uariantur, hic hæc hoc  
degener, pauper, puber, & uber, quorum neutra sunt rara.



Imber, cum mensium nominibus in ber, sunt masculina, & formant genitium per bris, ut september, septembris, quæ cum adiectiua sunt, flectuntur ut illa superiora.

Ir, yr.

Ir, yr. Vnum latinum nomen, ir, uola manus, neutrum est indeclinabile. Vnum Græcum in yr latinis in usu, martyr, commune est, significatione notum, in genitio martyris y breui.

Or.

Or. Finita in or sunt masculina, & habent ôris longum, ut dolor, uictor uictoris, cuius foemininum est uictrix.

Foemina soror, uxor, & adiectiua composita à color, ut discolor, &c. Habent etiam ôris longum & communia autor, illusor, rator, &c. Sic comparatiua, ut hic & hæc doctior, & hoc doctius, ôris, &c.

Ad ôris genitius est apud Ausonium.

Neutra sunt cor, cordis, & æquor, marmor, ador, & arbor foemininum. Item Castor, Hector, Nestor, &c. masculina, & rhetor commune. Et adiectiua composita à decus & corpus, ut indecor, tricorpor, & memor, cum composito immemor, omnis generis, habent omnia ôris breue.

Ur.

Ur.

In ur neutra sunt, & ùris habent breue, ut guttur, sulfur, murmur murmuris. Excipiuntur tria masculina, uultur, fursur, turtur.

Sed hæc quatuor neutra habent ôris breue, femur, robur, ebur, iecur.

Cicur adiectiuum est unius uocis. Fur, ligur, & augur ex significatione cognoscuntur communia, & ùris habent breue, præter fur & compositum eius trifur, quæ uolunt ùris longum.

As.

As.

Nomina in as latina, sunt foemina, & postulant âris longum in genitio, ut ciuitas ciuitatis, sic potestas. Anas tamen ânatis penultima breui. Primas primâtis ex significatione cognoscitur, sicut & abbas, quod tamen rectius ad primam declinationem referendum putant, ut sit abbas abbæ.

Vas uasis, in plurali uasa, orum, per secundam decli.

Excipiuntur mas maris, & as asis masculina: uas uasis neutrum est pro receptaculo, & in plurali est secundæ declinationis, ut uasa, uasorum, uasis. Vas pro sponsore masculinum est, & uadis habet. Fas & nefus indeclinabilia neutra sunt. Communia ad regulas generales pertinent, ut hic & hæc Arcas Arcâdis, penultima breui. Arpinas, Rauennas, Capenas & similia nomina patria in genitio âris, trium generum sunt. Nam & priuernas bellum apud Liniuum est lib. 8. & iter Arpinas apud Ciceronem ad Atticum




Atticum lib. 16. Veteres dixerunt, hic & hæc Arpinatis & hoc Arpinate. Vnde putat habere in ablatiuo tantum, i, sed falso: cum e uel i habeant.

Græca omnia in as { Masculina, habent antis, ut gygas, adamas.  
Fœminina, habent adis breue, ut cyclas, monas, &c.

Es.

In es finita, sunt fœminina, & mutant es in is in genitiuo, ut uulpes uul-  
pis, uepres, nubes. Quibus adduntur uates commune, uerres masculinum,  
torques uel torquis dubium, & multa græcorū propria, ut vlysses, sis: Her-  
cules, lis: Ioannes, nis: Aristoteles, lis, &c. Græcorum etiā multa crescūt,  
ētis habentia, ut Cres Cretis: Hermes, ētis: Chremes, is uel ētis.





GRAMMATA LATINAE

Bes bestis, masculinum est. Ceres cereris, foemininum.  
Cacoethes, Hippomanes neutra sunt.

Is.

Is. In is sunt foeminina, & genitiuum ferè nominatiuo simile faciunt: ut haec  
cutis huius cutis, pellis, turris, genesis, chelys, &c. Apis uel apes huius apis.  
Sed lis litis, cuspis cuspidis, cassus idis, pro galea, aspis aspidis, chlamys ydis.

Masculina.

Mascula sunt: cassus rete, torris, acynacis, orbis,  
Et callis, collis, caulis, cum polline, follis,  
Atque axis, postis, fustis, fascis, lapis, ensis,  
Glis, piscis, uectis, cum sanguine, uermis, & unguis:  
In nis finitum, uomis, puluisque, cinisque,  
Et cucumis, mensis, & quae formantur ab asse,

Aqualis, acyna  
cis masc. his an  
numerantur.

ut semisus, decusis, centusis. Omnia habent genitiuum nominatiuo si-  
mitem, praeter sanguis & pollis, quae nis habent. glis gliris, lapis lapidis. Vo-  
mis, puluis, cinis, cucumis habent èris breue: semisus pro pondere: nam pro  
dimidio indeclinabile est semi.

Dubia sunt octo.

Anguis sapius  
est masculinus.  
Corbis frequen-  
tius foemininum.

Finis, clunis, canalis, anguis, corbis, & torquis uel torques, quae genitiuum  
habent nominatiuo similem, ut & ea quae sequuntur.

Notentur ex generalibus regulis comunia, ciuis, hostis, canis, sodalis, &c.  
Sammis & Quiris, itis longum.

Adiectiua, dis ditis, & multa sub duabus terminationibus, in genitiuo  
non crescentia, ut hic & haec mitis, & hoc mitis: sic immitis, fortis, exan-  
guis, dulcis, suavis, &c. Haec nix admittit neutralem terminationem in  
nominatiuis, accusatiuis, & uocatiuis, dis, iuuenis, tricuspis.

Graecorum quaedam habent ios uel eos: ut genesis, huius genesios uel eos,  
latine huius genesis, syntaxis, crasis, charybdis, &c.

Sunt quae habent idos & latinis idis: ut tyrannus, diplois, pixis, &c.

Sunt quae utroque modo flectuntur: ut Paris, idos uel ios, tygris, eris, quae in  
accusatiuo a uel in habet. Omnia sunt foeminina, praeter uirorum propria.  
Simois simoentos, fluuius.

Os.

Os.

Latina in os masculina sunt, & habent oris longum ut ros, flos, mos.  
Sic honos, lepos, &c. quae in or uel os exeunt. Arbor etiam arbos reperi-  
tur, sed oris breue habet, & foemininum est. Haec masculina, nepos, Rhi-  
noceros,



noteros, Aegoceros, habent ôtis longum. Excipiuntur fœminina, cos, cotis: dos, dotis: glos, gloris.

Neutra duo latina, os oris, een mont, os ofsis een been.

Græca plura sunt, quæ per eos a græcis flectuntur, ut chaos, melos, epos, & Argos, pluraliter hi Argi, orum, &c.

Communia sunt, sacerdos ôtis, custos odis o longo, bos bouis.

Composita à pos, compos & impos, habent ôtis breue.

Græca quædam in oos, uel latine in ois exeunt, ut Tros, heros, Minos.

Vs.

Finita in us neutra sunt, ut corpus, pondus, crux, &c.

Neutorum alia habent	orisi	breue	Corpus, nemus, fœnus, stercus, tergus, penus, pectus, facinus, frigus, pignus, decus, tempus, littus, pecus. sed fœmininum pecus habet pecudis, u breui.	Vs
eris breue	uris longum,	crux, thus, pus, rus, ius.	Hulcus, uulnus, onus, foedus, uiscus, pondus, uel- lus, funus, acus, munus, opus, genus, scelus, rudus, olus, sidus.	Viscus uisceris declinatum est à Lucretio & Suetonio.

Quinque habentia utis longum, ut seruitus, senectus, iuuentus, uirtus, salus,

Fœminina Tria, udis longum, palus, incus, subscus.  
Tellus tellûris: uenus uëneris.

Masculina sunt, mus muris, lepus leporis, o breui.

Communia sunt, sus suis, grus gruis, sed hoc sæpius est fœmininum?

Adiectiua sunt una uoce, intercus intercutis, & uetus ueteris, utriusque penultima breui.

Græca oppidorum nomina habent untis, ut Trapezus, Amatus, Opus, Emaus, untis, &c.

Apus podis uenientia, masculina sunt, ut tripus tripodis, chytropus, Oedipus, &c. Electitur & Oedipus, pi.

Aus.

Laus laudis, fraus fraudis fœminina sunt.

Aes.

In es duo sunt, præ prædis masculinum, & es aris neutrum.

G ij



GRAMMAT. LATINA F

S. præcedente consonante. Bs, Ms, Ps.

In bs, mis, ps, sunt foemina, & interposito i ante s, faciunt genitium, ut plebs plebis, hyems hyemis (quod unicum est in ms) ops opis.

Ebs, Eps.

Poly syllaba in ebs, ibis, & in eps, ipis formant, mutato e, in i, breue: ut communia hæc, cœlebs cœlibis, princeps principis, sed auceps aucupis habet. Dubia sunt scrobs, forceps, adeps. Stirps pro trûco, nam pro progénie solum est foemininum.

Masculina sunt haberia opis, Hydrops & Cyclops o lōgo, Aethiops o breui. Manceps, Chalybs, habentia i breue.

Gryps gryphis, seps sepis serpens.

Adiectiua à nomine caput composita, cipitis faciunt, ut biceps bicipitis: sic triceps, anceps, præceps.

Ls, ns, rs

In ls, ns, rs, foemina sunt, & mutant s in tis, ut puls pulvis (quod unicum est in ls) frons frontis, ars artis, mens, mors.

Torrens adiecti-  
uū esse uidetur,  
sed intelligitur  
animis, mascu-  
linum.

Animas sapiens  
foeminino &  
neutro genere  
dicitur, quā  
masculino.

Masculina sunt mons, pons, fons, dens, torrens, oriens, occidens, nefrens.

Et nomina quibus partes assis significamus, ut dextans, dodrans, triens,

&c. Animans, & in masculino & foeminino & neutro genere reperi-  
tur. Bidens pro instrumento masculinum est, pro oue foemininum. serpens

dubium est, sapius foemininum. Adolescens commune est: item cliens, pa-  
rens, infans, effrons, bifrons. Adiectiua sunt, prudens, ingens, recens, a-  
mens, demens, fons, insons, expers, consors, exors.

Exceptio de genitiuis.

Glans, iuglans, lens pro uermiculo, frons pro ramusculo foliato, dis habet. Libripens & nefrens etiam dis habent, sed sunt masculina.

Composita à nomine cor, adiectiua sunt, & s mutant in dis, ut concors cō-  
cordis, sic discors, excors, focors, uecors. Iens & quiens participia ab eo  
& queo, habent euntis, cum compositis, ut abiens abeuntis, nequiens ne-  
queuntis. At ambiens ambientis format.

Iens nomina-  
tius rarus est,  
reperitur apud  
Ciceronem ad  
Atticum lib. 10  
& lib. 16.

De participialium genere.

Participialia nomina alia sunt masculina, ut profluens pro flumine: con-  
fluens, ubi duo flumina coeunt. <sup>flumina</sup> ~~quæ~~ <sup>quæ</sup> ~~oriuntur~~ <sup>oriuntur</sup> ~~quæ~~ <sup>sancti</sup> ~~colliguntur~~ <sup>colliguntur</sup> ~~in~~ <sup>in</sup> ~~sol~~ <sup>sol</sup>

Alia foemina, ut continēs pro terra, quæ non est insula: sic cōsonās, &c.

Alia neutra sunt, ut accidēs, antecedēs, consequens, decens, cōueniēs, &c.  
Alia sunt omnis generis, ut negligens, &c.

Ax.

quæ subspiciuntur  
quæ subspiciuntur  
quæ subspiciuntur



*Ax.*

In ax latina foemina sunt, & habent acis longum in genitio, ut pax <sup>Ax.</sup> pacis, fornax fornacis. sed fax facis corripit a. Addi potest faux faucis, uel potius plural. fauces faucium: unde trifaux trifaucis adiectiuum.

Graeca ferè masculina sunt, quorum alia habent acis longum, ut thorax, limax, artophylax, &c. Alia habent acis breue, ut abax, colax, anthrax, <sup>Græcorum no-</sup> &c. Quaedam per gis faciunt genitiuū, ut harpax, harpagis. Quaedam per <sup>minum uarie-</sup> tis, ut Astyanax, Astyanactis.

*Ex.*

In ex monosyllaba sunt foemina, ut nex, fex: & habent ecis in geni- <sup>Ex.</sup> tino. Lex legis.

Masculina tamen sunt, grex gregis, rex regis.

Polyssyllaba uerò sunt masculina, ut frutex, latex, caudex, codex, &c. Sic pollex, cu- <sup>lex, apex, uer-</sup> & per icis breue genitiuum formant. Veruex, ecis longum. Remex rémi- <sup>tex, murex, po-</sup> gis breue. Excipe foemina, uibex icis longum, carex icis breue: sic for- <sup>dex, pilex, ra-</sup> fex, pellex, ilex, supellex supellectilis. <sup>mex.</sup>

Dubia sunt, silex, obex, imbrex, pumex, cortex, quæ duo sæpius sunt ma-  
sculina, icis breue habentia.

Communia sunt senex senis, exlex exlegis longum: illex illicis breue. sic  
index, uindex, opifex. Adiectiua in plex, simplex, multiplex.

*Ix.*

In ix sunt foemina, & habent icis longum, ut cervix, cornix, radix, <sup>Ix.</sup> perdis, meretrix. sed icis breue habent, salix, filix, appendix, coxendix, hi-  
strix, natrix. Et nix niuis, styx stygis. Et masculinum iapyx iapygis, phryx  
phrygis, mastix mastigis, &c.

Masculina hæc habent icis } Longū, spadix, sandix, bōbix uermis (nam  
pro uestiū materia foemininū est) phoenix. <sup>Voas</sup>  
Breue, Fornix, calix, uarix, natrix, erix, cilix,  
& histrix, quod foemininū est. Onyx ony-  
chos format, cū cōpositis sardonix. utrum-  
que etiam genere foeminino reperitur.

Adiectiua pernix, felix, habent icis longum.

Capiuntur & hæc adiectiue in plurali, vltrices furias, uictricia signa: &  
in singulari uictrice dextra. <sup>Ox.</sup>

In ox sunt foemina, & formant ocis longum, ut uox uocis. sed nox fa- <sup>Ox.</sup>  
cit noctis.



GRAMMAT. LATINÆ

Adiectiua quoque ocis longum habent, ut ferox, uelox. sed præcox præcocus o breui. Communia Cappadox, ocis, Allobrox, ogis, penultima breui.

Vx.

Vx. In uxor foemina sunt, & formant uocis correptum, ut nux, crux: sed lux habet longum. Frux frugis facit. Communia dux, redux, & masculinum tradux, uocis breue. pollux, uocis longum.

Consonans ante x.

Quæ habent consonantem ante x, sunt foemina, & uertunt x in cis, ut falx falcis, sic calx pro lapide cocto (nam pro calcaneo dubium est, pro sine fere masculinum) lanx, arx, merx, faux. sic & masculina quicunx, septunx, &c.

Hæc foemina, syrinx, phalanx, & similiter desinentia græca, per gis genitiuum formant. sed lynx lincis, quod & masculinum legitur. Coniunx coniugis, commune est.

De datiuo.

Datiuus desinit in i, ut huic patri.

De accusatiuo.

Accusatiuus in em finitur, ut hunc patrem.

Im.

sed quorundam accusatiui fiunt per im, ut uis, tussis, peluis, sitis, mephitis, nauis, amussis, charybdis, tybris, tygris, syrtis, arar. Et deriuata à polis, ut Neapolis.

Em & im.

Hæc fere habent em & im, securis, puppis, restis, nauis, febris, turris, & siqua sunt alia. Nauem & febrem usitatus dicimus, & turrim.

Græcorum accusatiuus.

Græcorum accusatiuus præter em latinam terminationem etiam per a effertur, ut hic aer, hunc aera.

In uel yn.

Verum quæ in is uel ys excunt, si habent os purum in genitiuo, habent in uel yn: ut genesis, huius genesios, hanc genesin, erinnys, yos, yn: latine genesim, erinnym, si non habent os purum, formant per a græce, uel em latine.

Obseruandum est in hac declinatione, ab accusatiuo græco in a, fieri nonnunquam nomen primæ declinationis foemini generis in a, ut ab accusatiuo cratera, fit hæc cratera, ræ.

De



De uocatiuo.

Vocatiuus similis est nominatiuo, ut ò pater.

Græca tamen in s desinentia, fere abiciunt s in uocatiuo, ut Tybris, Achilles, Chremes, ò Tybri, Achille, Chreme.

De ablatiui.

Ablatiuus desinit in e, ut hic pater, ab hoc patre, peËtore.

In i finita.

Nomina tam adiectiua quàm substantiua, quorum nominatiuus neutrius generis in e desinit: Item neutra in al & ar, habentia a longum in genitiuo, ablatiuum per i formant, ut ab hoc cubili, ab hoc forti, acri, ab hoc tribunali, lupanari. sed Martialis cum proprium nomen est, habet e, ut Iuuenalis. Mensium nomina, & ea quorum accusatiui ex eunt in im uel in, ablatiuos per i formant, ut Aprili, Decembri. Ab hac siti, uis, tussi, genesi, strigili, bipenni, &c.

In e, & i.

Adiectiua non habentia neutrum per e, habent e & i simul in ablatiui, ut foelix, audax, in ablatiui foelice uel foelici, audace uel audaci, hic & hæc melior & hoc melius, a meliore uel ri. Excipiuntur hospes, sospes, pauper, degener, puber & uber, quæ uolunt e tantum. Usitatus quoque inope dicitur.

Quæ habent em & im in accusatiuo, etiam e & i uolunt in ablatiui, ut hæc turris, ab hac turri uel turri, naue uel naui, febris, puppis, securis, restis. Adduntur istis uerbalia in trix adiectiue usurpata, ut ab hac uictrice uel uictrici. Item & hæc, amnis, anguis, unguis, ciuis, uigil, auis, uentis, supellex, ignis, imber, sed hæc duo sæpius per e efferuntur.

Casus plurales.

Nominatiuus, accusatiuus & uocatiuus desinunt in es, ut patres, fratres. sed quorum genitiuus pluralis in ium exit, frequenter in accusatiuo plurali is uel eis diphthongum accipiunt, ut accusatiuo omnis uel omneis, artes uel arteis.

Es.  
Is. Eis.  
Sardis & Tral-  
lis etiam nomi-  
natiuo eis reci-  
piunt.

Neutra per a uel ia.

Neutra, quibus est ablatiuus in e, formant plurales casus per a, ut corpora. Quibus uerò in i tantum, uel e & i simul, faciunt ia, ut uectigalia, foelicia, &c. præter comparatiua, quæ uolunt ra, ut fortiora. veteres etiam plura & pluria dixerunt, nunc plura. uetus quoque uetera facit, non ueteria. Aplustre habet aplustria & aplustra.



GRAMMAT. LATINAE

Græcorum accusatiuus pluralis.

Græca quæ habent in accusatiuo singulari a, formant pluralem accusatiuum per as breue, ut heroas, crateras, &c.

De genitiuo, qui desinit nunc in um, nunc in ium.

Genitiuus in  
um.

Genitiuus pluralis desinit in um, ut patrum, militum, furum, &c.  
Bos facit boum, ales alitum, & per epenthesin, alituum.

Ium. Regula prima.

Si ablatiuus desinit in i, uel in e & i simul, genitiuus fit in ium, ut horum cubilium, audacium. Fit nonnunquam syncopa, ut sapientium, celestium pro celestium.

Excipiuntur à regula prima habentia um.

Excipies comparatiua, ut maiorum, pigriorum, sed plus plurium facit. Excipiantur & hæc, uetus, supplex, pontifex, opifex, artifex, particeps, municeps, mæceps, consors, memor, uigil, diues, inops, degener, puber, uber, compos, & inops, quæ uolunt um.

Ium. Regula secunda.

Nomina in as, ans, ens, & alia duabus consonantibus finita. Item in es & is non crescentia, habent ium, ut as asium, glans glandium, amatum, prudentium, audientium, artium, falcium, nubium, mensium, uirium, collium, &c. Quæ tamen in as, ans, uel ens desinunt, plerumque per syncopen efferuntur, ut ciuitatum, arrogantum, prudentum: sic & apum.

Excipe princeps, cœlebs, Arabs, Chalybs, Cyclops, forceps, uates, uolucris, iuuenis, panis, canis, quæ uolunt um. Item opum & procerum.

Ium. Tertia regula.

Monosyllaba in duas consonantes finita: item composita ab uncia, ut quicumq;, &c. habent ium, ut merx mercium, gens gentium. His addatur, cor, cos, dos, dis, lis, glis, quiris, samnis, mus, sus, os ovis, nox, fax, puls, faux, fex, nix, crux, linter, uter, caro, mas, uas uadis. Item nomina tantum pluralis numeri, ut manes manium, moenia moeniū, tres trium, uires uirium. Penates & celites patiuntur syncopen.

Græcorum ge-  
nit. u. u.

Græca omnia mutant os genitiui singularis in ω, & latinis in um, ut lampas, ados uel dis, pluraliter adon uel adum: hæresis, hæresion uel hæresium.

De datiuo & ablatiuo plurali.

Datiuus & ablatiuus plurales in ibus exeunt, ut patribus. Bos habet bobus & bubus.



DE QVARTA DECLINATIONE.

Qvarta declinatio duas habet terminationes, *us* & *u*. In *us* sunt masculina, præterquã *manus*, *anus*, *tribus*, *acus*, *porticus*, quæ sunt feminina. De *ficu* supra dictũ est, titulo de secũda delinatione, & infra de heteroclitis & anomalis, ubi etiã de *penu*, & *specu*. *Domus* femininũ est, in quo flectendo tolles *me*, *mu*, & *mis*: ut *hæc domus*, *huius domus*, uel ad-bialiter *domi*, *huic domui*, *hanc domum*, *ô domus*, *hac domo*. Pluraliter, *hæc domus*, *harũ domorum*, & *domuum*, *his domibus*, *has domos*, & c. *Dubia* sunt *specus* & *penus*. *IESVS*, sanctum & salutare nomen, accusatiuum facit in *um*, ceteri casus in *u* desinunt. In *u* finita sunt neutra & singulariter non declinantur, ut *cornu*. Pluraliter, *cornua*, *cornuũ*, *cornibus*, & c.

Nominatiuus, Genitiuus, Datiuus, Accusatiuus, Vocatiuus, Ablatiuus.

Sing.	<i>us</i>	<i>us</i>	olim <i>ũis</i>	<i>ui</i>	olim <i>u</i>	<i>um</i>	<i>us</i>	<i>u</i>
Plur.	<i>us</i> , <i>a</i>	<i>uum</i>		<i>ibus</i> , <i>ubus</i>	<i>us</i> , <i>a</i>	<i>us</i> , <i>a</i>	<i>ibus</i> , <i>ubus</i>	

Quæ sequuntur, formant datiuum & ablatiuum per *ubus*: *portus*, *acus*, *specus*, *quercus*, *partus*, *tribus*, *lacus*, *arcus*, *artus*.

DE QVINTA DECLINATIONE.

Qvinta declinatio unam habet terminationem in *es* productam, & sunt omnia feminina, præter *dies*, quod est dubij generis in singulari, & in plurali tantum masculini, & *meridies* masculinum. Genitiuus & datiuus exeunt in *ei* longum, si fiunt a nominatiuo in *es* puro, ut speciei: *sin* ab alijs, breue: ut *res*, *spes*, *fides*. Inuenitur & genitiuus *diei* contra *ctus* in *diei*. Accusatiuus desinit in *em*, Vocatiuus similis est nominatiuo, Ablatiuus in *e*, Nominatiuus, accusatiuus, & uocatiuus plurales in *es*: genitiuus in *erum*, datiuus & ablatiuus in *ebus*.

Virg. *Libra diei, noctique pares ubi fecerat horus.*

Omnia fere nomina huius declinationis carent genitiuo, datiuo & ablatiuo pluralibus, præter *hæc*, *res*, *dies*, *facies*, *acies*, *species*: quorum posteriora tria rarius hos casus admittunt.

De compositione nominum.

Nomina cõposita figuræ ex nominatiui parte flectuntur, ut *Legisseritus*, *legisseriti*, *legisserito*, & c. *Paterfamilias*, *patrisfamilias*, *patrifamilias*, & c. Si ex duobus nominatiuis efficitur, uterq; flectitur nominatiuus, ut *iurandũ*, *iurifurãdi*, & c. Alteruter tamen habet alterutrius. Hac de causa nõ declinantur *hæc*, *huiusmodi*, *eiusmodi*, & c. quia ex solis obliquis componuntur. sed quæ ex corruptis partibus, aut altera præpositione composita sunt, ea solo fine uariãtur, ut *uricola* *uricola*, & c. *ineptus* *inepti*, & c.



Dicitur est de analogia: nunc de anomalis, quae ab analogia discesserunt, dicendum.

De heteroclitis & anomalis.

**H**eteroclitica dicuntur, quae aliter atque ea quae sequuntur analogiam declinantur: Anomala, quae non sunt iis aequalia, quae regulariter flectuntur.

Heteroclitorum & anomalorum quadam inter declinandū } Variant  
 } Deficiunt  
 } Abundant.

Variantium alia } Genus  
 } Declinationem } variant.  
 } Genus & declinationem }

Variantia genus.

Horū aliquot magis abundātia uidentur esse quam variantia.

In singulari masculina } Auernus, tartarus, locus, iocus, sibilus, balteus,  
 } (sed hoc balteū est apud varronē, hinc pluralia,  
 } baltei & baltea) pluraliter, auerna, loca, &c.  
 in plurali neutra. } Dicuntur tamen etiam loci, ioci, & sibili orum.  
 } additur ab aliis infernus, quod adiectiuum potius in utroque genere esse uidetur.

Sic dindymus & massicus. Cetus, huius ceti: pluraliter cete.

In singulari foemina, in plurali neutra, } Pergamus, intubus (reperitur  
 } etiam intubum) carbasus. Pluraliter pergama, &c.

Additur à grammaticis supellex, pluraliter supellectilia, quod equidem nondum apud probatos auctores legi.

In singulari neutra, et in plurali masculina, } caelum, frenum, rastrum, porrum, filum. pluraliter, cali, &c. Tametsi etiā frena & fila saepius dicantur. Argos: argi, orum.

Variantia declinationem.

In singulari iugeri & iugere pertinet ad diptora.

In singulari neutrum secundae declinationis, & in plurali tertia, ut iugerum iugeri: pluraliter, iugera, iugerum, iugeribus.

In singulari tertiae declinationis, in plurali secunda, ut uas uasis, haec uasa uasorum, haec obliuio, onis: pluraliter, haec obliuia, orum.

Variantia genus & declinationem.

Sed epulum & epulae significacione differunt.

In singulari neutra secundae, & in plurali foemina prima, ut hoc epulum epuli, haec epulae epularum. hoc prestigium (dicitur & haec prestigia) haec

*Ingen habes  
 plurals  
 iugera iugere  
 quod iugere  
 non in arar pt*



hæ prestigia, arum, delicia, hæ delicia: balneum, pluraliter balnea uel balnea. Nundina, arum: plurali numero tantum.

Nundina tan-  
tum plurale.

In singulari fœmininum prima, & plurali neutrum secunda, ut hæc Hierosolyma, mæ: hæc Hierosolyma, orum. Huc adiciuntur artium nomina, ut grammaticæ, ces: hæc grammatica, orum.

In singulari masculina quarta, in plurali neutra secunda, iussus, euentus. sed hæc fortassis abundantia potius habeantur, cum etiam iussum dicitur, unde iussa: & euentum, unde euenta.

Quibusdam duplex est nominatiui exitus, ut nuncius & nuncium, chi-rogaphus & phum, hic tonitrus & hoc tonitru, &c.

*Duplex iussus primus  
mascula quarta  
in plurali numero  
neutra secunda  
quidam habet primus*

DE DEFICIENTIBVS.

Singularia tantum.

Masculina { Hesperus, uesper, æther, aer, pontus, fœmus, limus, nemo, sanguis.

Fœminina { Culpa, lues, fides, salus, indoles, soboles, pubes, strues, pix, tabes, contagio, tellus, humus, aluus, cholera, bilis, tuſsis, fames, sitis, talio, fuga, paupertas, &c.

Ad hæc multa uirtutum, uitiorumque nomina, & multa abstracta, & nomina etatum.

Raro hæc fœminina plurali numero, sed tamen quandoque leguntur.

Neutra { Cœnum, uer, fel, salum, pelagus, uulgus, nihilum, gelu, senium, lacum, baratrum, uiscum, gluten, iustitium, iubar, solium, pus, & siqua sunt alia.

viscum uel uiscus.

Pluralia tantum.

Masculina singulari numero carentia { Cancelli, cani, liberi, superi, inferi, calites, penates, manes, lemures, antes, proceres, maiores, minores, natales, fasti, menses profluumium, fascis insigne: Et propria locorum nomina numeri pluralis in i, ut Parisi, Campi, suolli, &c.

Plura diligens autorum lectio suppeditabit.

Fœminina singulari carentia { Diuitia, exequia, nuga, trica, inducia, calenda, nona, idus, noctia, exuuiæ, minæ, insidia, tenebræ, primitia, phalera, manubia, antiæ, excubia, quisquilia, thermæ, cunæ, diræ, inferiæ, plagæ pro retibus, edes pro domo priuata, feriæ, literæ, scopæ, Athenæ, Venetiæ, Tralles, &c. Plura ex autoribus petenda.

Apud poetas li-  
tera pro episto-  
la capitur: ex-  
tra carmen li-  
tera tantis nu-  
mero multiu-  
dinis.



Genitalia, sta-  
tina, Cythera,  
ceruina, ciba-  
ria, stabra, &c.

Neutra singulari  
carentia

Arma, crepundia, munia, exta, lustra ferarum, moe-  
nia, sponsalia, praecordia, mapalia, bellaria, castra pro  
exercitu, iusta pro funere, cumabula, aduersaria, hy-  
berna, aestiua, tesqua, &c. Et nomina festorum, ut  
bacchanalia, regalia, &c. quae genitiuum faciunt  
plerunque in orum per secundam declinationem,  
& datiuum & ablatiuum in ibus per tertiam, ut Sa-  
turnaliorum, saturnalibus. Huc adiciunt librorum  
titulos: ut bucolica, georgica, politica, physica, musi-  
ca, &c.

## Indeclinabilia.

Fas, nefas, virus, caepe, nihil, nil, nequam, uolupe, opus adiectiuum, &c.  
& haec tantum pluralia, tot, quot, aliquot, totidem, cete, tempe: sed cetus ce-  
ti flectitur.

## Monoptota.

Ea sunt, quae in uno tantum casu reperiuntur, ut noctu, natu, iussu, iniussu,  
astu, promptu, forte, inficias, inferias. sic diu, interdiu. Salust. Diu no-  
ctaque laborare.

## Diptota.

Sunt quibus duo casus remanserunt, ut potis pote, spontis sponte, repe-  
rundarum repetundis, suppetia suppetias, impetis hoc impete pro impetu:  
uicem uice, genitiuum & datiuum singularem, & genitiuum pluralem  
nondu reperi. sic uerberis uerbere, tantundem tantidem, iugeris iugere, &c.

## Triptota.

Quae tres tantum casus habent in singulari, sed in plurali integre decli-  
nantur, ut precis precem prece: Opis opem ope. Sed ops, dea.  
Non leguntur nominatiui: decemplex, daps, frux. Vis datiuo tantum ca-  
ret. ceterus, a, um, integre declinatur. ceterus ornatus reperitur apud Ca-  
tonem de re rustica.

## Vocatio carentia.

Relatiua: ut qui, qualis, tantus, &c. Interrogatiua: ut quis qui (nam  
& hoc sepe reperitur interrogatiue positum) uter, &c. Distributiua: ge-  
neralia, ut omnis, quisque. Particularia: ut quidam, quilibet, &c. Nega-  
tiua: ut nemo, neuter, &c. Infinita: ut siquis, aliquis, quicumque, &c.

Item pronomina omnia praeter tu, meus, nosster & nostras. Quae quae &  
illa superiora pronomina esse quidam probant.

Tribus

Casus huius flectas repetundarum  
repetundis. quibus uicem uice, genitiuum  
& datiuum singularem, & genitiuum pluralem  
nondu reperi. sic uerberis uerbere, tantundem  
tantidem, iugeris iugere, &c.  
Et deus accusatus in  
repetundarum posse reperi  
indub.



Tribus casibus pluralibus carentia.

Hæc nomina, mare, æs, far, ius, thus, rus, mel, uinum, grates: Et nomina quintæ declinationis præter hæc quinque, res, dies, facies, acies, & species, carent genitiuo, datiuo & ablatiuo pluralibus, quorum tamen posteriora tria, ut dictum est, rarius hos casus admittunt.

Plurali numero carentia.

Propria cuiusque rei nomina ex natura sua plurali numero carent, quamuis usus non raro diuersum doceat: Hinc legimus, tres Ioues, duos Decios, plures Fabios, &c.

Raro pluralem numerum admittunt nomina

Metallorum: ut aurum, argentum, &c. nisi quod æra, electra, orichalca dicuntur.

Fruentorum & seminum, ut triticum, secale, siligo, &c. Dicuntur tamen sarra, fabæ, hordea, pisa, lupini, auena.

Rerum quæ mensuræ ac libræ adhibentur, ut piper, crocus, lac, oleum, butyrum. Dicuntur tamen uina, defruta, musta, mella, &c.

De abundantibus.

Nomen abundans est, quod in eadem significatione bisariam effertur, ut tignus tignum, pileus pileum, tonitrus tonitru, baculus uel um: sic punctus, commentarius, paurus uel pauo, menda uel mendum, materia uel es, uiscus & uiscum, apes & apis.

Abundantia genere.

Hæc sub diuersis genere obliquis abundant, ut hæc pecus, udis, uel hoc pecus, oris. Hoc uulgus, in accusatiuo hoc uulgus, uel hunc uulgum: sic sal, halec.

Abundantia declinatione.

Laurus, quercus, pinus, cornus, ficus, colus, lacus, & domus, quæ sunt secundæ uel quartæ. Ficus pro arbore fœmininum est tam secundæ quam quartæ declinationis: Ficus pro fructu est dubij generis in utraque declinatione, sed fœminini frequentius: pro morbo masculinum est. Et multa propria in es, ut Alcibiades, Pilades, Tigranes, Acestes, Thucydides, quæ sunt primæ uel tertie declinationis.



Abundantia genere & declinatione.

p. 29  
scilicet

Penus, us, ui, masculini uel foemini generis. Penum, ni, neutrum, uel hoc penus, & haec penora. sic specus, us, ui, tam masculini, qua foemini generis. Et hoc specus. Lectum est etiam hoc specum & specu indeclinabile.

Adiectiua abundantia.

Sunt adiectiua quae geminam habent positionem, er & is, de quibus supra sub terminatione er tertia declinationis.

Sunt alia adiectiua, quae in us uel is desinunt, ut imbecillus uel is, exanimus uel is, inermis uel is, & si qua sunt alia.

DE COMPARATIONE.

Regulae formandi comparatiui & superlatiui.

Comparatiuus  
habet duas ter-  
minationes, or  
masculini &  
foemini, &  
us neutrius ge-  
neris.

Comparatiuus fit regulariter a positiui casu in i exeunte, addita syllaba or, & us in neutro: ut huius candidi, hic & haec candidior, & hoc candidius: forti, fortior: amici, amicior: audaci, audacior.

Superlatiuus fit a casu positiui in i exeunte, addito s, & simus: ut candidi, candidissimus, a, um: forti, fortissimus: amici, amicissimus: dis, ditior, ditissimus: nequam, nequior, nequissimus.

Exceptio prima.

Composita a uolo, dico, facio, & loquor, habent in comparatiuo entior, & in superlatiue entissimus, ut beneuolus, maledicus, magnificus, grandiloquus, entior, entissimus.

Exceptio secunda.

Positiua in er, assumunt in superlatiue rimus: ut niger, nigerrimus: acer, ater, teter, satur, &c. Additur his uetus, ueterrimus: maturus, maturrimus uel maturissimus.

Exceptio tertia.

Quatuor sunt in ter, quae habent timus in superlatiue: ut sinister, sinisterior, sinistimus: sic exter, dexter & citra.

Exceptio quarta.

Quinque nomina in lis cum compositis formant superlatiuum a datiuo, addito mus: ut facilis, agilis, gracilis, humilis, similis: ut facilimus. poete geminant ll: ut, Rara auis in terris, nigroque simillima cygno.

Exceptio quinta.

Habentia uocalem ante us uel is frequenter positiue adiungunt aduerbium Magis, uice comparatiui: & Maxime, loco superlatiui.

ut	{ Pius	} magis	{ Pius	} maxime	{ Pius
	{ Idoneus		{ Idoneus		{ Idoneus
	{ Egregius		{ Egregius		{ Egregius.

Leguntur

Et dicitur atque fortis quae  
reparat dicitur apte.  
honoris dicitur dicitur  
calidior multiloquus

Maturrimus  
est apud Tacitum: Maturif-  
simus apud  
Collumelam.  
& authorem  
rhetoricorum ad  
Herennium.



Leguntur tamen, strenuior, strenuissimus. Tenuior, assiduior, & assiduis-  
simus apud Cicero. in Bruto. exiguissimus ab exiguus, apud Ouidium, &  
Plinium in epistolis. industrior apud Plautum.

Gradus à præpositionibus, seu maui dicere ab aduerbiis.

Intra, interior, intimus. Extra, exterior, extimus, uel extremus. Ultra, ul-  
terior, ultimus. Citra, ceterior, citimus. supra, superior, supremus uel sum-  
mus. Infra, inferior, infimus. Post, posterior, postremus. Prope, propior, pro-  
ximus. Ante, anterior tantū. Pridem, prior, primus. Nuper tantū nuperimus.

Sunt & hæc irregularia.

Bonus, melior, optimus. Malus, peior, pessimus. Magnus, maior, maxi-  
mus. Paruus, minor, minimus.

Multus, a, um in comparatiuo tantum plus pluris in singulari neutro, in  
plurali integrum est: in superlatiua, plurimus, a, um.

Positiua carent, prior, primus: Ocyor, ocyssimus: Deterior, deterrimus.

Comparatiua carent, meritisssimus, inclutissimus.

Superlatiua carent, Iuuenis, iunior, senex, senior. Adolescens, adolescen-  
tior. Longinquus, longinquior. Proximus, proximior. Sed tunc proximus na-  
turam positiui induit.

Plinius iue-  
nior usus est, se-  
pius tamen iu-  
nior.

In comparando obseruandum est, quid probet usus, & eruditorum au-  
toritas. Non enim omnia nomina comparari possunt, tamen si nihil uetet si-  
gnificatio, ut almus, memor, & quæ in bunâus finiuntur, aliæque multa,  
quorum comparationem usus non recipit.

Tria nominis accidentia, genus, declinatio & comparatio, sunt explica-  
ta: reliqua nota sunt, restat species, cuius uarietatem hic satis erit indicasse.

De specie.

Primitiua, Propria,  
quæ sunt uel Appellatiua,  
quorum alia

Nomi-  
nū alia  
sunt

Deriuatiua, quorum alia

Collectiua, ut plebs, turba.  
Interrogatiua, qualis, quantus.  
Redditua, talis, tantus.  
Numeralia, unus, primus, singuli.  
Partitiua, quisque, aliquis.  
Vniuersalia, omnis, nullus.  
Particularia, quidam, aliquis.  
Patronymica.  
Possessiua.  
Gentilia.  
Diminutiua.  
Denominatiua.  
Verbalia.

Ποσειδωνική Ἀήμος  
Ἐλευθική ἢ τίς τί ποσειδ  
Ἰδαφορική ἢ τὰ ποσειδ  
Ἀριθμητικά. εἰς δύο τεί  
Κτηνική Ἐθνική Ἐθνική Ἐθνική  
Ἰσοκοπισική  
Ἐμμητική



patronymia δὲ ἀπὸ τοῦ πατρὸς, καὶ ὀνόματος, ἢ φησὶ γρηγορῖος ἀ τῶν πατρῶν.  
 Et priamides ἔπειτα συλλογιστὴν GRAMMAT. LATINAE  
 hactenus, vel alius quibus et filius priami De patronymicis.

no idē p̄p̄t̄ nomen  
 inultrāte reperitur  
 Terminatio A

Patronymica sunt nomina fere Graeca, à propriis tantummodo nomini-  
 bus patrum uel auorum, & nonnunquam fratrum uel sororum, uel etiam  
 locorum deriuata: ut Priamides, filius uel nepos Priami. Phaeontias, so-  
 ror Phaeontis. Medea Colchus. Patronymicis in carmine solum utuntur  
 poetae, & saepe adiectiuorum uice. Terminationes patronymicorum, qui-  
 bus utuntur Latini, sunt quatuor, es masculinorum: as, is, & ne, feminino-  
 rum: ut Priamides, Ilius, Aeneis, Nerine, id est, neptis Nerei, ut Galathea. In  
 es & e, declinantur sub prima declinatione: In as, & is, sub tertia, in utro-  
 que numero: nam sunt appellatina.

Materiali s̄q̄ aliquid  
 ueluti s̄ materia s̄  
 Lapidinus, aureus,  
 Locali s̄q̄ aliquid  
 ut s̄ loco s̄  
 horti, natiui  
 uel s̄q̄.

De possessiuis, & gentilibus.

Possessiua sunt, quae rem alterius esse significant, ut regius, herilis, serui-  
 lis, paternus: Euandrius ensis, &c. Gentilia, quae gentem notant aut patriam.  
 patet q̄ anteq̄  
 Horū praeipuae ter-  
 minationes sunt  
 { Vs, ut Germanus, urbanus, rusticus, Graecus, Arguius,  
 Pythagoreus, Hercules, Tribunitijs, Pratorius.  
 Ensis, Parmensis, castrensis, hortensis.  
 Ns, rs, ut Laurens, Tiburs.  
 As, Arpinas.  
 Ta, Geta, scytha, &c.

De diminutiuis.

Diminutiua dicuntur, quae primitiui diminutionem significant: ut lapil-  
 lus à lapide, &c.

Plures sunt horum  
 terminationes  
 { Ellus, ut puellus.  
 Illus, ut lapillus, sigillum, paucillus, à paulum, &c.  
 Oulus, ut urceolus. ab Urceus. Nōq̄ aqua n̄ astra  
 Vlul, ut regulus à rege, capitulum, &c.  
 Culus, ut igniculus, anicula, homunculus, &c.  
 Vlous, ut equuleus, ab equo.  
 Aster, ut parasitaster.  
 Cio, ut homuncio.

De denominatiuis.

Denominatiua sunt ab alio nomine deducta, ut aureus, chartaceus, au-  
 dacia, ignauia, iustitia, castimonia, ouile, senilis, uestibulum à uesta, offi-  
 cina ab officium, multitudo à multus, ferrugo à ferrum, cervical à ceruice,  
 lupanar à lupa, senator à senatus, pomarium, testimonium, myrtetum, pic-  
 tas, saluber à salus, campester, familiaris, coelestis, menstruus, herbicus, ma-  
 ritimus

Significatio ubi s̄ s̄  
 ubi dicitur s̄ s̄  
 Der signatur uel n̄ s̄ s̄



ritimus, quernus, odorus, piscosus, uinolentus, tunicatus, furtiuus, uenustus à Venere, &c.

De uerbalibus.

Verbalia sunt, quæ à uerbis deducuntur, uel à supino uel à presenti: ut auditor, lectio, scriptura, tutela, lucerna, querimonia, cubile, comedo, iudiciū, testamentum, flumen, questor, raptus, raptor, ultrix, &c. Piger à piget, dolilis, amabilis, suppositiuus, inuidus, iracundus, credulus, loquax, &c.

DE PRONOMINE.

**P**ronomen est quod uice nominis est. Pronomina sunt omnino octodecim: Ego, tu, sui, ille, ipse, iste, hic, is, quis uel qui, cuius, meus, tuus, suus, noster, uester, nostras, uestras, & cuius, quæ repetenda sunt ex rudimentis.

Hic, iste, ille, cum aduerbiis hic, istic, illic, ita differunt: hic ad primam ferè personam refertur, iste ad secundam, ille sæpe ad aliquid tertium. Præterea ille excellentiam quandam significat: ut Plato ille diuinus, iste, contemptū: ut, quod isti dicunt refutatur facile. Est & inter hic & ille hoc discrimen cum referuntur ad duo precedentia, ut hic ad posterius, & propius referatur ille ad prius & remotius. Varie componuntur pronomina: ut ego ipse, tu ipse, sui ipse: isthic, huiusmodi, huiuscemodi, mecum, nobiscum, &c. Idem, hiccine, hæccine, hoccine, & in accusatiuo & ablatiui. Egomet, memet, &c. Tute, meopte, meapte, suopte, &c.

Quomodo differant hic, iste, ille.

Quomodo pronomina componantur.

Quæ componuntur cum solo pronomine Quis?	{ Nam, quis, quæ, quam, piâ, putas. Itè, aliquis, si quis, nunquus, &c.	{ Cū Qui solo?	{ Dam, uis, cun- que, libet.


Quid cum compositis substantiuum est: ut, quid causæ? Quod cum suis adiectiuum: ut quod genus hoc hominum? Quæ, in fœminino & neutro, tantum in his compositis reperitur: ut si qua, aliqua, ecqua, nequa, nunqua: in alius est quæ, ut, quædam, quænam, &c.

Quid substantiuum est.  
Quod adiectiuum.

DE VERBO.

**V**erbum est, quod actionem aut passionē, aut neutrum sine casu cum tempore significat: ut amo, amor, sto, sum, pudet, &c.





Octo accidunt uerbo, quæ sunt in rudimentis explicata, ut genus, tempus, modus, figura, persona, numerus, coniugatio, & forma, seu species.

Genera sunt quinque, totidēque tempora, & modi.

De tempore.

Exemplum.  
Veni ad te ho-  
ra septima, tūc  
ē lecto surge-  
bas, & pater  
domū redierat.

Tempus

- Præsens est, quo rem nunc agi significamus.
- Præteritum imperfectum, quo rem cœptam quidem significa-  
mus, sed nondum fuisse transactam eo tempore, de quo lo-  
quimur.
- Præteritum perfectum, quo res acta significatur, sed non ita  
pridem.
- Præteritum plusquam perfectum, quo significamus rem per-  
fectam ante aliam factam. Vnde relatiuum præteritum di-  
ci possit, quod semper ad aliquod aliud tempus referatur, ut  
& imperfectum.
- Futurum, quo rem futuram significamus.

De



## De modis.

Indicativus, per quem narramus.  
 Imperativus, per quem iubemus & hortamur.  
 Optativus, per quem optamus seu cupimus, & posse ac debere significamus.  
 Modus } Subiunctivus, qui subiungit aliam orationem: ut, Cum benefeceris, latere. Si dixeris, sciam. Modi huius tempora solent interdum capi pro temporibus indicatiui.  
 Infinitivus, qui neque numerum neque personas definit.

Figurae sunt duae: simplex & composita, & ex hac nata decomposita.

Numeri duo. Quinque verborum genera. Verbum neutrum non habet passivum, nisi in tertiis personis, & haec tertiae personae quandoque nominativum habent pro supposito.

Per pauca nunc sunt verba communia, ut hortor: Cicero in Catone, L. Flaminus exhortatus est a scorto, ut feriret aliquem. Tueor: Livius, in insula Melita a Carthaginensibus tuebatur, sed hoc rarum est. Depopulo: Livius lib. 5. Ab his ager depopulatus est. Et, agrum depopulati sunt. sic actiue & passivae reperiuntur haec: dimensus, arbitratus, frustratus, pollicitus. Na quae hodie sunt deponentia, olim fere communia fuerunt. Personae tres. Coniugationes quatuor. De forma seu specie post agemus.

Regulae generales praeteritorum & supinorum.

## Regula prima.

Composita verborum formant praeteritum suum & supinum ad simplicium regulam: ut lego, legi, lectum. perlego, perlegi, perlectum. Sunt tamen nonnulla, quae suis locis excipiuntur, ut a lego: intelligo, intellexi.

## Regula secunda.

Cum simplex geminat principium praeteriti, compositum non geminat: ut pello, pepuli, pulsum. Repello, repuli & non reppuli.

Excipiuntur composita a posco, disco, curro: ut reposco, repoposci, edisco edidici, decurro decucurri, sic percurro. A curro tamen composita utroque modo inveniuntur, sed absque geminatione saepius. Quavis autem praeterita principium geminant, supina tamen nunquam geminant, ut momordi morsum, non momorsum.

## Regula tertia.

Verba quae habent a in praesenti indicatiui, retinent a in supino, licet in praeterito mutentur, ut fallo, sefellis, falsum.



GRAMMAT. LATINAE

Regula quarta.

Composita quae mutant a simplicis in i, in praesenti, mutant a uel i, in e in supino: ut facio, feci, factum: perficio, perfeci, perfectum. Excipe, quae desinunt in do, & go, quae repetunt a simplicis, ut ab ago, actum: exigo, exactum: a cado, casum: occido, occasum: recido, recasum. Excipiuntur & composita a salio & statuo.

Regula quinta.

Quaecunque carent praeterito, carent etiam supino: ut glisco, uescor, re-reminscor.

Regula sexta.

Omnia praeterita & supina dissyllaba primam syllabam producant: ut legi, perlegi: uidi, uisum: prouidi, prouisum.

Excipiuntur

}	Sex praeterita: bibi, tuli, fidi, scidi, dedi & steti: a bibo, fero, findo, scindo, do, sto, quae primam corripunt: ut, abbibi, attuli, &c.
	Nouem supina: datum, ratum, satum, itum, quitum, situm, citum, litum & rutum: a do, reor, fero, eo, queo, sino, cieo, lino, & ruo, quae primam etiam corripunt: ut additum, irritum, consitum, &c.

*na riu a rio hz ad legu in supino  
Arri<sup>9</sup> totu, in genus ad rori*

De praeteritis & supinis quatuor coniugationum.

PRIMA CONIUGATIO.

Omnia uerba in are, praeteritum in aui formant, supinum in atum: ut ambulare, ambulauit, ambulatum.

Excipiuntur

Cubo, sono, tono, domo, ueto, crepo, quae habent ui, itum. Mico, micui, caret supino: emico, emicui: sed dimicauit saepius, & dimicatum. Frico, fricui, frictum, uel fricatum, unde Plinius fricatas carnes dixit, hinc fricatio. A refrico fit refricaturus. seco, secui, sectum. A neco frequentatiuum nexare, aui, atum. plico, plicui, atum, uel itum in compositis. Neco necaui, atum, sed ab eneco fit enectus. Iuuo, iuui, iutum. Lauo, laui, lotum uel lautum. Poto, potaui, potatum uel potum. Do, dedi, datum: sic uenundo, circundo, pessundo, satisfido. Reliqua composita sunt tertiae coniugationis, habentia idi, & itum breuia: ut reddidi, redditum, &c. sto, steti, statum, cuius composita stiti habent, & atum uel itum in supino: ut consto, constiti, constitum penultima

ma



ma breui, unde tamen cōstaturus. Presto, prestiri, unde pręstaturus apud Ciceronem, & obstaturus, ab obsto. Plinius pręstium.

Composita à cubo cum habent m ante bo, sunt tertię coniugationis, ut accubare, accumbere.

Aplico composita cum nomine, habent aui, ut multiplicau: cum prepositione magis ui, ut implicui, implicatum & implicitum, sic applicui applicatum sapius, & applicui applicitum. Quędam aui & ui, ut explico, applico, replico, supplico, aui, atum.

### SECUNDA CONIUGATIO.

Verba secunde coniugationis habent in præterito ui diuisis syllabis, & itum breue in supino, ut habeo, habui, habitum, moneo, monui, monitum. Timeo, studeo, horreo, caueo, tepeo, pateo, & neutra fere omnia proprio supino carent.

#### Exceptio supinorum.

Doceo, doctum: teneo, tentum: misceo, mistum uel mixtum: torreo, tostum: censeo, censum. Nos, ut exceptiones facilius animaduertant pueri, percurremus omnes terminationes.

#### Beo.

Sorbeo, uisitum, uel sorpsi, sorptum. Absorbeo & exorbeo, ui, apud Ciceronem, sed absorpsi apud Lucanum. Liber, libuit & libitum est.

#### Ceo.

Luceo, luxi sine supino. Mulceo, mulsi, mulsum. sic demulceo, permulceo permulsi permulsum & permulctum, unde apud salustium permulcti.

#### Deo.

Ardeo, arsi, arsum. suadeo, suasi, suasum. Rideo, risi, risum. Video, uidi, uisum. sedeo, sedi, sessum. strideo, stridi, caret supino. Prandeo, prandi uel pransus sum, pransum. Audeo, ausus sum, ausum. Gaudeo, gauisus sum, gauisum. Tædet, tædunt, pertædet, pertædunt, & pertæsus participium. Pudet, puduit uel puditum est. Quatuor uerba principio geminato præteritum in <sup>Supina nun-</sup> di faciunt, supina uerò in sum: ut, mordeo, momordi, morsum. Pendeo, pe- <sup>quã geminat.</sup> pendi: spondeo, sponondi, sponsum. Tondeo, totondi, tonsum. Cætera in deo habent ui, ut madeo, madui.

#### Geo.

Verba in geo l, uel r, præcedente, præterita in si faciunt, ut algeo, alsi: Turgeo, turssi: Fulgeo, fulsi: Urgeo, ursi. sine supinis. Mulgeo, mulsi, mulctum (unde mulctra & mulctrum & mulctrale) Tergeo, tersi, tersum: quod etiam tergo in tertiã coniugatione dicitur. Indulgeo, indulsi, indultum. Eri-



GRAMMAT. LATINAE

geo, frigui uel frixi, caret supino. hinc refrigescō, refrixi. Lugeo, luxi, luctum. Augeo, auxi, auctum. Reliqua sequuntur analogiam, ut egeo, egui, indigeo, rigeo, uigeo, &c. & supinis carent. Piget, piguit, & pigitum est.

Ieo.

Vieo, uieni, & uictum penultima breui apud Horatium legitur in epod. Cieo, ciii, citum. Hinc concito, excito. Quieo, quicui, quietum, uerbum est obsoletum, unde quiesco.

Leo.

Fleo, fleui, fletum. Deleo, deleui, deletum. Pleo, pleui, pletum inusitatum, hinc impleo, repleo, &c. soleo, solitus sum, solitum. Oleo, olui, olitum. Hinc deriuata uariant, ut adoleo & adolesco, adoleui, adultum. Obsoleo, obsoleui, obsoletum. sic exoleo seu potius exolesco. Inoleo seu inolesco potius, inolui & inoleui, inolitum. sic aboleo, cui uel ui, itum. Oboleo, obolui, obolitum. sic redoleo, suboleo.

Neo.

Neo, neui, netum. Maneo, mansi, mansum. sic emaneo, permaneo. Sed emineo, immineo, promineo ui habent.

Queo.

Torqueo, torxi, tortum. Liqueo, licui. Deliqueo, delicui: unde liquefco & deliquefco.

Reo.

Hareo, harsi, harsum: pareo, ui, itum. Mereō & mereor, merui, meritū & meritus sum. Mœreo prima longa caret præterito: nam mœstus nomen est. Miseret misertum est.

Seo.

Censeo, censui, censum: cuius composita habent itum, ut recensitum.

Veō.

Caueo, caui, cautum. sic faueo. Voueo, uoui, uotum. Foueo, foui, fotum. Moueo, moui, motum. Pauco, paui: Langueo langui sine supinis. Conniueo, conuiui uel connixi. Ferueo, ferui uel ferui. Sueo, sueui, suctum, uerbum est antiquum, unde suesco. Cetera generalem regulam sequuntur.

DE TERTIA CONIUGATIONE.

Tertia coniugatio cum certam præteriti & supini formam non habeat, per singulas terminationes est inquirenda.

Finita in o purum.

Cio.

Lacio, ieci, iactum: facio, feci, factum. Lacio & specio, quorum solis compositis utimur

1. moueo et uigilo et hinc  
Cipio uerbum in supino

Cio. i. ioro. rini et rino  
Cipio in supino

Redoleo, ui, &  
cui.



utimur, habet exi, ectu. ut allicio, allexi, allectu. sic pellicio, illicio, &c. Elicio tamē uult elicui elicitu. Aspicio, aspexi, aspectu. sic despicio, prospicio. &c.

Omnia uerba in cio, mutar in copositis uocalē simplicis in i, ut iacio, encio, facio, perficio, &c. sed facio in uerbis uel aduerbis copositi non mutat a, ut calefacio, benefacicio, &c.

Dio & gio.

Fodio, fodi, fossum. Fugio, fugi, fugitum. Obseruandum est uerba in cio, dio, gio, rio, & tio quibusdam locis perdere uocalem i, ut fugis, fuge, fugerem, fugere, ubi analogia (id est similis similitum declinatio) postularet, fugis, fugie, fugierem, fugiere, ut fugiam, fugies.

Rapio, sapio, capio, mutant in copositis a in i breue, ut dirapio, desipio, recapio, &c.

Pio.

Rapio, rapui, raptum. sapio, sapui uel sapi, sapitum. Capio, cepi, captum. Cupio, cupiui, cupitum penult. longa, more uerborū quartæ coniugationis.

Rio.

Pario, peperit, partum. sed hinc pariturus.

Tio.

Quatio, quasi, quassum, licet his raro utamur. Composita sunt usitata & formant cussi, cussum, ut percutio, percussi, percussum, &c.

In uo habent ui, utum.

Arguo, argui, argutum u longo: sic acuo, induo: & composita à lauo, colluo, diluo, proluo. Ruo, rui, ruitum: coposita uolunt rutum, ut eruo, erui, erutum, dirutum, &c. u breui. struo, struxi, structum. Fluio, fluxi, fluxum. Pluo, plui & plui, plutum, supini usus est in compositione, ut complutum. Carent supino, metuo, luo, congruo, annuo cum copositis, respuo, & ingruo, quæ habent ui.

Pluo fere in tertia persona.

Eimita in o cum consonante.

Bo.

Scribo, scripsi, scriptum. Nubo, nupsi, nuptum. Bibo, bibi, bibitum. Lambo, lambi, scabo, scabi. Glubo, glubi, sine supinis. Composita a cubo dant uis, ut accumbo, recumbo, &c.

Co.

Dico, dixi, dictum. Duco, duxi, ductu. Vinco, uici, uictum. Ico, ici, ictum. Pasco, paui, pastum. Cresco, creui, cretum. Nosco, noui, notum. Ignosco, ignoui, ignotum. Agnosco, agnoui, agnitum. Cognosco, cognoui, cognitum. Cōpesco, compefcui: posco, poposci: disco, didici, carēt supinis. Pollinco, pollinxi, pollinctu. Quiesco, quieui, quietu, &c. Consuesco, consueui, cōsuetu. scisco, scisciui, scitum. Parco, peperci, parciui, uel parsi, parsui. Glisco cum uerbis inchoatiuis carent praterito & supino: sed inchoatiua prateritum mutatur à primitiuo, ut rescisco, rescisciui, rescitum, à rescio.

Conquiesco, conquiesci, exoletu uerbu est. Plu. Italia parciuium est.



## Do.

Verba in do habent di in praterito, & sum in supino: ut, Mando, mandī, mansum. Edo, edī, esum. Commedo, sum uel stum. scando, scandī, cuius supinum facit scansum. Fundo, fudi, fusum. Cudo, cudi, cūsum. Accendo, accendi, accensum. sex quæ geminant principium prateriti: Cado, cecidi, penultima breui, casum (composita mutant a in i breue, ut occido, occidi, occasum: recido, recidi, recasum) Cædo, cecidi penultima longa, casum. hic a in compositis mutatur in i longum, ut occido, recido, recidi, recisum. Tendo, tetendi, tensum uel tentum. Composita magis uolunt tum, prater ostendo quod habet ostensum & ostentum. Vendo, pependi, pensum. Pædo, pepedi penultima longa, sine supino. Tundo, tūdi penult. breui, tūsum (nam Virgilius dixit tūsis pectoribus) & tusum, sed fere in compositis. Cōtundo, contudi, cōtusum, sic & cetera. scindo, scidi, scissum. Fido, fidi, fissum. Pando, pandi, passum. (sed expansa retia apud Plinium.) Cōposita quoq; a do habet didi penult. breui, & ditū, ut abdo, abdidī, abditum, edo, edidī, editū, abscondo, didi, ditū. Decē uel undecim in do, habet si in praterito, & sum in supino, ut claudio & cludio, rodo, rado, uado, plaudio & pludo, ludo, trudo, ledo, diuido, & cedo, cessi, cessum: unde recedo, abscedo, concedo: rudo, rudi, & strido, stridi, sine supinis. Fido, fisis sum, fisisum. sīdo caret, sed eius cōposita prateritum habent, confido, confedi: sic desido, resido, subsido.

A uado nondū  
legi supinum.

## Go, uel guo.

In go uel guo habent xi in praterito, & ctum in supino: ut, Cingo, cingxi, cinctum, tingo, affligo, lingo, angō, fugo, iungo, distinguo, & c. Fingo, pingo, stringo, ringo seu ringor quod usitatius est, amittūt n in supino: ut fictum, piētum, strictum, rictum. Quæ habent r ante go, si non sunt a rego composita (nam hæc habent exi ectum) faciunt si, sum, ut spargo, mergo, tergo (quod & tergeo) uergo, sed hoc caret supino. Ago, egi, actum, adigo, adegi, adactum: cogo, coegi, coactum, & c. Degeo degi & satago sine supino. Frango, fregi, fractum: sic effringo, effregi, effractum, & c. Tango, tetigi, tactum, sic attingo, attigi, attactum. Figo, fixi, fixum. Frigo, frixi, frixum & frictum. Ningō, ninxi, caret supino. Vungo, pupugi, punctum. Repungo, repupugi. Expungo & dispungo, tantum xi, ctum. Vago uetus uerbum, pepigi, pactum, id est paciscor. Vango, id est figo, planto, iungo, pepi uel pan xi, pactum. Impingo, impegī, impactū, & c. Legō, legi, lectum. sic deligo, colligo, & c. Verum diligo, intelligo, negligo, uolunt xi, ctum: dilexi, dilectum, & c.

Annotatio.



Annotatio.

Quæ habent g in præterito, si in præsentibus habent a uel e, mutant illud in i in compositione, ut ab ago, exigo, à tango, attingo, à lego, colligo, præter perlego. His addes & rege rexi, corrigo: surgo syncopen patitur: & cogo & dego, ab ago.

Ho, xi, etum.

Veho, uexi, ue etum. Traho, traxi, tractum.

Io, xi, etum.

Meio, minxi, mi etum.

Lo.

Verba in lo habent l in præterito, ut colo, colui, cultum. sic consulo, oc- culo. volo, noluo, malo, carent supino. Molo, molui, molitum. Alo, alui, ali- tum & altum.

Tria simplici principio, psallo, psalli. Sallo, falli, falsum, pro salio, iui, itum. Vello, uelli uel uulsi, uulsum. Com- posita tantum uelli: Ouidius tamen reuulsi, & Lu- canus auulsi.

Quidam salire per ll scribunt.

Septem sunt que habent li, sum,

Quatuor geminato principio, pello, pepuli, pulsum: fal- lo, fefelli, falsum. Tollo (tetuli apud Persium) sustuli, sublatum. Cello, ceculi, culsum, cuius tantum composi- tis utimur, ut percello, perculi, & apud Terentium per- culsi, percussum. Cetera faciunt ui, ut antecellui, sine supino: sic præcellui, excellui.

Fallo mutat a in e, in compo- sitione, ut refel- lo, refelli.

Mo.

Verba in mo præteritum faciunt per ui, & supinum per itum breue, ut uomo, uomui, uomitum: fremo, gemo, & c. Tremo caret supino. Excipiun- tur como, promo, demo, & sumo, quæ habent, p si, ptum. Emo, emi, emptum: premo, prepsi, pressum.

Emo & premo mutant e in i, ut redimo, cõ- primo.

No.

Pono, posui, positum. Cigno, genui, genitum. Temno, tempti, temptum, in cõposito. sterno, stravi, stratum. sperno, spreui, spretum. sino, siui, situm. Desi- no, desui, & per syncopen frequentius desii. Cerno, creui, cretum (quæ nunc repudiavit usus, cum cerno pro uideo ponitur) hinc discerno, discreui, discre- tum, & c. Lino, leui, lini uel liui, litum. Relino, releui. Cano, cecini, cantum. sed composita habent ui, & entum, & mutant a in i, ut accino, accinui, accentum.

Cernere pro heredita: e ad i re- facit creui, cretum.



Po.

Verba in po prateritum per pfi, & supinum per tum faciunt, ut carpo, serpo, repo, scalpo, & composita à sculpo, & c. Excipiuntur strepo, strepui, strepitum. Rampto, rupi, ruptum.

Quo.

Coquo, coxi, coctum. Linqo, liqui, lictum, in compositione, ut relinqo, reliqui, relictum.

Ro.

Tero, triui, tritum. Verro, uerri, uersum. Quero, quæsiui, quæsitum (more uerborum quartæ coniugationis) hinc exquiro, inquiro, & c. Cero, gessi, gestum. vro, ussi, ustum. Curro, cucurri, cursum. Euro, caret praterito & supino, cuius primam personam usus non recipit. Fero, tuli, latum. Sero, seui, satum. Composita cum significat actum plantandi, habent eui, itum, ut consero, infero, inseni, insitum. Alias habent rui, ertum, ut exero, exerui, exercitum. Ab obsero, fit obsitum, & prateritum obseni apud Plautum in Trinum.

So.

Lacesso, lacessiui, lacessitum, penult. longa. Sic accerso, arcesso. Capesso, capessiui uel capessui & capessi. Facecco, facecssi, faceccitum. viso, uisi, uisum. Incesso, incecssi. Pinesso, pinsui, pistum, & pinsitum apud Columellam, & pinsum apud Vetruium.

To.

Meto, messui, messum. Sterto, stertui, sine supino. Necto, nexui uel nexi, nexum, sic pecto. Electo, flexi, flexum. Plecto, id est, punio, plexui, plexum, uel ut uult Priscianus, plexi, plectum. Plecto pro implico seu necto: Hinc participium plexus, unde perplexus adiectiuum. Mito, misi, missum.

Vlpianus.  
Si diu inceri ù  
sit, hares exti-  
turus necne sit.  
Caluo, calui.

Peto, petiui, petitum penult. longa, more uerborum quartæ coniugationis. uerto, uerti, uersum. sisto, stiti, statum. Existo, extiti, extitum.

Vo.

Soluo, solui, solutum, penult. longa, sic uoluo, uolui, uolutum. uiuo, uixi, uictum.

Xo.

Texo, texui, textum.

## DE QUARTA CONIUGATIONE.

Omnia uerba quartæ coniugationis exeunt in io, prater eo, & que cum compositis, & ueneo, io format ibam, ibo, etiam in compositis ut abibam, abibo, & c. sic nequibam.

De prateritis & supinis quartæ coniugationis.

Verba huius ordinis habent iui, in praterito, & per syncopen ij, & itum, in supino, ut polio, poliui, politum, utriusque penultima longa. sic singultio, obedio,



obedio, ambio, ambiui, ambitum. sed ambitus nomen mediam corripit. eo, iui, itum. queo, quui, quitum. Gestio, gestiui, caret supino, ut cæcutio & ineptio.

Sed uariant,

Venio, ueni, uentum. Veneo, ueniui, & sepius per syncopen ueni, uenum. vincio, uinxi, uinctum. sancio, sanxi, sanctum, uel sanciuui, sancitum: frequentius sanxi, sancitum. Farcio, farsii, fartum. Refercio, referfi, refertum. sarcio, sarfi, sartum. Fulcio, fulsi, fultum. Haurio, hausi, haustu. sentio, sensi, sensum. sepio, sepsi, septum. Ferio, caret.

Sepelio, sepeliui, sepultum. Amicio, amiciui, amictum. Salio, salij uel salui, saltum. A salui per syncopen fit salij, quod usitatus est. Composita mutant a in i, ut exilio, insilio, resilio, &c. quæ habent ui uel ij, ultum. A pario composita quæ dicuntur, habent rui, ertum, ut aperio, aperui, apertum. sic operio. sed comperio & reperio habent ri, ertum: ut comperi, cõpertum. Verba meditatiua seu desideratiua carent præterito, ut cœnaturio: præter parturio & esurio.

DEPONENTIUM FORMULÆ.

Verba deponentia & communia mutuatur præterita perfecta à participiis suis præteriti temporis (quæ ab ultimo supino ueniunt) per actiua uocis analogiam. Hæc supina effingenda sunt, ut lato, latauui, latatum: unde lator, latatus sum.

Deponentium formulæ primæ coniugationis.

Deponentia primæ coniugationis habent atus sum in præterito, & atum in supino, ut meditor, meditatus sum, meditatũ. sic miror, cõtẽplor, dignor, &c.

Deponentium forma secundæ coniugationis.

Eor, itus sum, itum: ut Vereor, ueritus sum, ueritum: Mereor, meritus sum, & merui: Liceor, licitus sum: Polliceor, pollicitus sum. sed misereor, miseritus sum. Terentius in Phormione, miseritum est. Reor, ratus sum. Fateor, factus sum. Hinc confiteor, confessus sum, &c. Tucor, tuitus sum. Medeor caret.

Deponentia tertiæ coniugationis.

Adipiscor, adeptus sum. Expergiscor, experrectus sum. Nanciscor, nactus sum. Comminiscor, commentus sum. Obluiscor, oblitus sum. Paciscor, pactus sum. Vliscor, ultus sum. Irascor, iratus sum. Pascor, pastus sum. Nitor, nisus & nixus sum. Patior, passus sum. Perpetior, perpeffus sum. Queror, questus sum. Amplector & complector, exus sum. Fungor, functus sum. Gradior, gressus sum. sic congregior. Orior, ortus sum.



(Vnde tamen oritur dicitur) Labor, lapsus sum. Loquor, loquutus sum. Sequor, sequutus sum. Morior, mortuus sum: sed futurum est moriturus. Vtor, usus sum. Diuertor, diuerti actua uoce prateritum facit. Reuertor, reuerti & reuersus sum. Nascor natus sum, & huius futurum nasciturus. Fruor fruius & fructus sum: futurum fruiturus. Vescor, liquor, reminiscor, carent prateritis & supinis. Orior, ortus sum, potior, potitus sum, habent iri in infinitiuo, sunt que partim tertia, partim quarta coniugationis. Oriri est quarta, sed oriturus ab oritum, quod contrahitur in ortum, est tertia, &c. Et potitur i breui apud Virgilium, ut oreis apud Ouidium, & poteremur 13. Metamor. Orior totum est tertia coniugationis, prater oriris & oriri. Potior quarta, prater ea que posita sunt.

Valla etiã fre-  
rum supinum  
facit.

## Deponentia quarta coniugationis.

Ior, itus sum, itum: ut, Molior, molitus sum. Sic potior, fortior, partior, mē-  
tior, blandior cum compositis. Sed Metior, mensus sum. Ordior, orsus sum.  
Opperior, oppertus sum. Experior, expertus sum. Assentior, assensus sum.

## DE VERBIS COMMVNIBVS.

**C**riminor, frustror, osculor, & si qua fortè reperiantur alia, sunt pri-  
ma coniugationis, & habent atus sum in praterito. Plura passim ob-  
uia sunt uerborum deponentium participia temporis prateriti passiva si-  
gnificatione usurpata, in quibus doctorum usus diligenter obseruandus  
est. de quibus supra etiam dictum est sub titulo de verbo.

## NEUTROPASSIVA.

**N**eutropassiva sunt, quæ sub uoce neutrali prateritum passiuæ uocis  
usurpant: ut sunt, gaudeo gauisus sum, Fido fesus sum, Audeo ausus  
sum, Fio factus suus, Soleo solitus sum.

Quorundam  
duplex prete-  
ritum est acti-  
uæ uocis & pas-  
sivæ.

Quædam duplicia habent praterita, ut urandeo, prædi uel pransus sum, Cœ-  
no, ami uel atus sum, sic Iuro, ami uel atus sum, Nubo, nupsi uel nupta sum.  
Libet, licet, & alia quædam, ut pudet, piget apud Plautum. Placet, placuit,  
placitum est. Complacitum est, frequentius quàm complacuit.

## Neutralia passiva.

Neutrale passiuum est, quod cum sit uoce neutrum, passionis tamen si-  
gnificationem habet: qualia sunt uapulo, uenco, liceo, fio, quibus non recte  
additur exulo, quod est patria careo, non autem uelëgor.

## DE VERBIS ANOMALIS ET DEFECTIUIS.

**A**nomala sunt: Sum, cum compositis. volo, malo, nolo, edo, & pauca  
alia. De reliquis dictum est in primis rudimentis, restat Edo.

Edo



Edo.

Edo, es, est, (sic comest) Pluraliter, edimus, editis, edunt. Coniugatur etiã analogice, ut edo, edis, edit, &c. Edebam, edi, ederam, edam. Imperatiuo, Es uel ede, edat. Pluraliter, edamus, edite, uel este, edant. Futuro, esto tu, esto ille. Pluraliter, edamus, estote, edunto. Optatiuo, utinam Eessem & ederem, edissem, edam. Coniunctiuo, cum Edam, essem, ederim, edissem, edero. Infinitiuo, Esse & edere, edisse, esum ire, esurum esse. Gerũdia, Edendi, do, dum. supina, Esu, esu. Participia, Edens, esurus. Edo in tertia persona editur, uel estur. Reliqua analogice.

DE DEFECTIUIS.

Aio.

**A**Io, ais, ait. Pluraliter, aiunt. Imperfecto, aiebam, bas, &c. Imperatiuo, ai: Plantus, uel ai uel nega. Futuro optatiui, aias, aiat, aiamus, aia nt. Cic. Quasi ego id curem, quid ille aiat aut neget. Participium est aiens.

Ausim.

Ausim, ausis, ausit. Pluraliter, ausint.

Cedo.

Imperatiuo modo, Cedo. pro dic uel da. Et cedo in plurali. Cic. de senectute: Cedo qui uestram rempublicam tantam amisistis tam cito?

Salue, uale, aue.

Salue, pluraliter, saluete. Infinitiuo saluere. Cic. saluebis à Cicerone meo. Apud Plantum est salueo. Vale, ualete (Alias ualeo est integrum) Aue, auete, aueto, auere. Cic. Auemus aliquid audire & discere, id est cupimus: hoc aliam habet significationem.

Faxo & faxim.

Faxo: & faxim, is, it. Pluraliter faxint, pro faciam uel fecero.

Forem.

Forem, fores, foret. Pluraliter, forent, hoc est, essent. Infinitiuus, fore, id est futurum esse. Sic afforem, proforem, conforem, deforem, penult. breui. Quaso, quasumus. Infit pro ait uel incipit. Ouat, ouans. Apage, id est, cõfer te hinc, uel apagesis (ut uidesis, id est si uis) & apage te, numero singulari: sodes, id est, si audes: sis, id est, si uis, comica sunt. Fuat, defuat, ab antiquo uerbo suo. Defit, pro deest, defiet, defiat, Defieri, Confieri.



## Aduerbum.

Aduerbum est pars orationis, quæ adiecta uerbo significationem eius explanat, atque implet. Adicitur etiam nomini adiectiuo, & interdum substantiuo, item participio, & nonnunquam alteri aduerbio. Significationes aduerbiorum ex rudimentis repetendæ sunt.

## Coniunctio.

Coniunctio est, quæ priori dictioni uel sententiæ posteriorem annectit, uel, quæ partes orationis connectit. De qua satis explicatum est in rudimentis. sæpe coniunctiones & aduerbia confunduntur, cum interdum tenui sane discrimine separentur.

## Præpositio.

Præpositio est, quæ aliis partibus præponitur, uel appositione: ut, ad deū, uel compositione: ut, adiungo.

Præpositioni accidit unum, quod est casus, & is uel accusatiuus uel ablatiuus.

Versus  
Ponē & palam  
& procul se-  
pius aduerbia  
sunt, ut & se-  
cus.

Præpositiones accusatiuum requirentes sunt circiter triginta. quarum Versus, postponitur accusatiuo. Cic. Cum Brundisium uersus ires ad Caesarem. Italiam uersus nauigaturus erat. Additur huic sæpe altera præpositio uel aduerbium, Cicero: Ad alpes uersus mihi iter incidit. sursum uersus.

Dicimus quoque, usque ad, usque a, & usque ab. Secus etiam accusatiuo iunctū reperitur: ut, secus decursus aquarum feruntur salices. sed aduerbialiter sæpius accipitur. Cicero: Cœpi secus agere, atque initio dixeram.

Tenus  
In his etiā: qui-  
cū & quibus-  
cum postponi-  
tur præpositio.

Præpositiones sunt quindecim, quæ ablatiuum uolunt, quarum postrema Tenus, quod ablatiuo postponitur, ut capilo tenus, etiā genitiuo plurali rerum geminarum iungitur, ut Crurum tenus: & nominum plurali carentium. Cicero: Illi rumores de comitiis Cumarum tenus caluerunt. Procul etiam apponitur ablatiuo, quod & accusatiuo iunctum reperitur: ut Procul mari, oceano, muro. Et apud Liviū lib. 31. Procul muros. Quatuor sunt præpositiones, quæ recipiunt accusatiuum, uel ablatiuum: ut In, sub, super & subter, sed diuersa significatione: ut Abiit in forum. Est in foro. sedet in conclaui, &c. De quibus uide syntaxin.

## Interiectio.

Interiectionum significationes ex rudimentis repetendæ sunt. Interdū nomina pro interiectione ponuntur. Virg. Nauius (insandū) amissis. Plin. Quæ (malum) ista dementia est indignationem significat. Quādoque uerba. Cicero: Amabo te cura.



ORATIONIS LATINAE SYNTAXIS  
SEV CONSTRUCTIO.

*Libellus præcepta maximè pueris necessaria continet, omnia lingua  
Latinæ principum autoritate confirmata.*

*Collecta à Cornelio Valerio Ultraiectino, & dictata generoso & ma-  
gnæ spei adolescenti, Ioanni Francisco, Comiti à Renuenberch, Domi-  
no in Zulen, Aldenhoirn, Palstercamp, &c. discipulo charissimo.*

LVTETIÆ


*Apud Vascofanum, uia Iacobæa ad insigne Fontis.*

M. D. L.

CVM PRIVILEGIO.



Duplex est  
dictionū in  
cōstructione  
ratio. nā  
dicuntur  
aliæ





ANNOTATIONES AD INSTITVTIONES.

In regulam primam generalem.

**M**irari licet, non imitari, quod Græci dicunt, τὰ ἄγρευσι καὶ τὰ σερῶν  
 ὄντι, & quod ecclesiastici conuerterunt, beata seraphim.

Sensus interdum magis quam uox ipsa spectatur, ut Eunuchus Terentia-  
 na. Sic apud Lucanum, Tepidum Iadir, scilicet flumen. Et apud Ciceronem,  
 Lacus Velinus in Nar defluit, pro in Narem. Terent. scelus postquam ludifi-  
 catus est uirginem. Adria, id est mare adriaticum, masculino genere cogno-  
 scitur his uerbis Horatiij, improbo iracundior Adria.

In secundam. Pinastrer Plinius etiam in foeminino genere utitur. Et Co-  
 lumella, seneca, & Cellius in foeminino rubus. Reperitur in masculino su-  
 ber. sequester est secunda uel tertia declinationis.

Habentia ius in genitiuo declinabantur olim ut adiectiua in us & er.  
 Terentius. Nulli consilij. & in phormione: Hoc altera dum narrat, &c.

In nomina in o finita. Homo foemininum epitheton recusat, nec enim di-  
 citur una homo. Et latro fere masculinum est.

In or. Ador inter aptota numeratur, sed adoris est apud Ausonium.

In is. Puluis etiam foeminino genere a Propertio usurpatur. Cucumis uel  
 cucumer. Dicitur & in datiuo & ablatiuo cucumi a cucumis, & in accu-  
 satiuo cucumim. Anguis dubium est sed frequentius masculinum. Et corbis  
 magis foemininum. Torques uel torquis usitatus est masculinum.

Impubis adiectiuum genitiuum facit impuberis, & apud Virgiliu, impubis Iuli.

In eps. Forceps & adeps quæ dubia ponuntur, magis sunt masculina, si-  
 cut & scobs magis foemininum.

In ls, ns, rs. Torrens adiectiuum esse uidetur, sed intelligitur amnis mascu-  
 linum. Animas sepius foeminino & neutro genere quam masculino reperitur.

Ex. Culex etiam foemininum apud Plautum reperitur. Et cortex ama-  
 ra apud Virgil. Pumex arida apud Catallum.

Ix. Onyx etiam foemininum apud Martiale, & Sardonyx apud Persium.

Et Natricem apud Luciliu: si natibus natricem impressit crassa & capitata.

In heteroclita.

Variantia genus, ut auernus, tartarus, locus, &c. Horum aliquot magis  
 abundantia uidentur esse quam uariantia.

Cæli, cælorum in sacris leguntur.

Hic porrus legitur apud Celsum & Palladium.



Epulum & epulae numerantur inter uarietas, sed hac significatione differunt. Nundinae, arum saepius plurale est, ut & scalae, lactes, grossi pro ficis.

Interpres in sacris, uirum sanguinum & ex sanguinibus conuertit ex graeco fidelius quam latinus.

Proceres habet in singulari tantum procerem.

Maeste uocatiuus est, a maestus, a, um, id est, magis auctus & cumlatus, in plurali uocatio Plinius habet maesti. Lilius aduerbialiter usurpat, iuberem, inquit, maeste uirtute esse. Hortantis autem uox est maeste, iungiturque genitiuo uel ablatiui. Cic. Maeste uirtute esto. Martialus: Maeste animi ur. Pl. Maesti ingenio este caeli interpretes.

Vocatio carentia, Relatiua, &c. Horum tamen aliqua interdum uocatiuum admittere uidentur: ut ipse, ille. Cic. O nox illa, quae tenebras attulisti.

Tribus casibus pluralibus carentia. Et horum aliqua casibus his legitur.

Hic pileus & pileolus, uel hoc pileum & pileolum. sed in plurali fere pilea dicimus.

De comparatione.

Pissimus non esse Latinis usitatum ostendit Cicero Philippica 13. licet quidam eum superlatiuum usurpent, inter quos est Q. Curtius. Iuuenis, iunior habet. Plinius & Columella iuuenior usi sunt, saepius tamen iunior.

De pronomine.

Antiqui genitini erant mis, tis, sis, nostrum & uestrum, & actiue significabant, quorum tres priores iam in usu non sunt, reliqui duo nostrum & uestrum partitiue capiuntur, ut Nemo uestrum.

Ipsus pro ipse Comicus frequens est.

De uerbo.

Impersonalia passiuæ uocis non fiunt à uerbis deponètib. vnde non recte dicitur: qua mensura mensi fueritis, remetietur uobis. Dicendum uero: eadem uobis remetientur alij.

De tempore. Futuro additur futurum perfectum, quod subiunctiui modi est. Nam si dicas, quum coenabo, significas inter coenandum: sin uero, cum coenauero, id est perfecta coena.

De modo. Imperatiuo modo additur futurum subiunctiui: ut ne dixeris, ne feceris. Flectitur autem ad hunc modum: In tempore praesenti & futuro: ama uel amato, amet uel amato. Pluraliter amemus, amate uel amatote, ament uel amanto. sic flecti debent & alia uerba.

De optatiuo modo.

Optatiui modi tempora uerbi actiui ita statuuntur: In tempore praesenti



Et futuro, utinam Amem, doceam, legam, audiam. In praterito imperfecto, utinam Amarem, docerem, legerem, audirem. In praterito perfecto, utinam Amauerim, docuerim, legerim, audiuerim. In praterito plusquamperfecto, utinam amauissem, docuissem, legissem, audissem. Et in uerbo passiuo, tempore presenti Et futuro, utinam Amer, docear, legar, audiar. Praterito imperfecto, utinam Amarer, docerer, legerer, audirer. Praterito perfecto, utinam Amatus, doctus, lectus, auditus sim uel fuerim. Plusquamperfectum, utinam Amatus, doctus, &c. essem uel fuisssem.

## De modo potentiali.

Potentialis seu potentatiuus modus habet uoces optatiuo modo similes, qua declarari solent per uerbum possum aut Debeo, interdum etiam per volo. Virg. Eloquar an sileam? Quintilianus, Fragas citius quam corrigas, qua in prauum induruerunt. hic est modus potentialis, Et secunda persona pro tertia ponitur. Tu uirgo hoc dicas? Quis crederet medaci? Peccaueris sane, sed semel. Nemo sic dixisset. Nunquam inhonestum ab amico rogauero.

## De infinitiuo modo.

Amatum ire Et amaturum esse differunt: illud presentis temporis est, hoc futuri. Terent. Cur te is perditum. Liuius, Vitam tuam perditu ire properat. i. perdere. Et cum dico, scio te coenatu ire, praesens actus eundi significatur, coenandi actu mox futuro. At cum dico, scio te coenaturu esse, solu actionis tempus futurum significatur, ut cum te mane scio coenaturu esse, non continuo te coenatum ire credo. Sed futurum infinitiui passiu, amatu iri, nihil uidetur significatione differre ab amandum esse, nisi quod illud a genere Et numero liberum sit, hoc uero cum substantiuo congruere debeat, ut Amatum iri fratrem, sororem, &c. sed amandum esse fratrem, amandam sororem, &c.

## Prima coniugatio.

Horatius a sono, sonaturum. Et intonata a tono dixit.

Persius uetauit, pro quo dicimus uetuit.

A crepo saepius dicitur concrepui, discrepauit, (Horatius in arte, discrepui) increpui, increpitum.

A dimico, dimicui reperitur apud Ouidium 2. Amorum.

A lauo, Terentius, lauatum: unde sunt lauaturus Et lauatio. Olim etiam dictum est lauere.

Poto habet potum Et potatum. Hinc uerbalia potio Et potatio. Incubare, incubui, incubitum: Reperitur apud Plinium, incubauero.



Ab applico Cicero applicaui, & applicui, et applicatus. sic implico, aui & ui, atum & itum. Explico, aui, atum, & uinum. Ab applico Linii applicitum est, inquit, cubiculo hypocaustum per exiguum.

*remota hanc hanc*  
A uerbo tertia coniugationis sapio præteritum sapij, cōtractum est ex sapini. apud Martiale: Nubere uis Prisco, nō miror Paula, sapiſti. Cernere hæreditatem, pro adire, facit creui cretum, Cicero: Creui hæreditatem, id est, adij. Hinc cretio, solennitas, quæ adhibebatur in aduendis hæreditatibus.

Accerso & accersio quarta cōiugationis est apud Linii. salust. & Plautū.

A capesso Diomedes capessum facit supinum: Priscianus capessitum.

A faceſſo præteritum faceſſi posuit Priscianus. sed apud Ciceronem supinum est faceſſitum.

De quarta coniugatione. Reperitur comperior pro comperio apud salustium in Iugurtha.

Veteres qualibet uerba quarta coniugationis flectebant per ibo, ibis, ibit, & c. ut scibo, scibis, pro sciam, scies, quæ nunc in usu esse desierunt: præter eo, quod habet ibam, ibo, & c. & nequibam.

Ab orior, ortus sum, fit tamen participium oriturum. Horatius: Nil oriturū alias, nil ortum tale fatentes. Hoc uerbum orior rotum est tertia coniugationis præter oriri & oriris. Ouidius tamen, oreris mediam corripuit, & virgilius simili licentia potitur i breui, dixit.

De defectiuis. Diescit, luceſcit, ueſperascit, nocteſcit, carent præteritis, & c. Meminero futurum est indicatiui & subiunctiui modi.

#### Participium.

Participia fiunt nomina, cum uel alium quam uerbi sui casum regunt, ut alieni appetens, uel aliam habent compositionem, ut indoctus: uel cum comparantur, ut amans, amantior, amantissimus tuus: uel cum tempus significare desierunt, ut uir laudatus pro laudabili, amādus pro eo, qui dignus amore est.

#### Aduerbium.

De aduerbiorum comparatione illud annotandum est, superlatiuū gradum in e finiri: ut docte doctius doctissime: non autē in um, nisi forte poetice, ut sit nomen pro aduerbio. Excipiuntur tamen pauca, ut potissimū, plurimum, nō potissime, neque plurime: minimum & minime, sed in sensu diuerso. Primum uerò, ultimum, postremum, supremū, & si qua sunt eiusmodi, aduerbia sunt ordinis.

#### Finis Institutionum.



## SYNTAXEOS LATINAE PRÆCEPTA

Maximè pueris necessaria. Quibus additum est  
De uersibus faciendis opusculum.

## QVID SYNTAXIS.

**S**yntaxis, siue constructio, est recta partium orationis coniunctio, quam grammatici in ueterum probatissimorum libri obseruauerunt. Partes sunt octo, quatuor uariabiles, & totidem inuariabiles. Inter has præcipuæ partes sunt nomen & uerbum, quod hæc uel sola integram sententiam absoluant, reliquæ nomini & uerbo accedant. Repetentur huc ea quoque præcepta uerbis iisdem, quæ sunt à nobis in Rudimentis explicata, ne uerborum uarietate, puerorum imbecilla & uaga memoria distrahatur.

Orationis, id est integre sententia, quæ ex dictionibus est constituta.

Admonendi sunt hic primum pueri, numerum pluralem eundem exigere casum, quem singularis habet: ut diues agri, diuites agri, &c. Et obli- quos omnes eundem regere casum, quem nominatiuus eorum postulat: ut, filius, lili, lilio, liliu, lilio Regis.

Regula gene- rales.

Obliqui uocan- tur casus om- nes præter no- minatiuum & uocatiuum utrius- que numeri.

Deinde comparatiuum & superlatiuum eundem recipere casum, quem positiuus, ut amans, amantior, amantissimus tui.

Tum reliquos modos eundem poscere casum, quem indicatiuus, ut amas, ama, amares, amaueris & amare deum, &c.

Ad hæc uerbum passiuum eosdem exigere casus, qui uerbo actiuo tri- buuntur, præter accusatiuum rei patientis, ut tribus horis perlegi librum, liber perlegitur, perlectus est, & perlegendus tribus horis: magno emptus, pluri reuenditus, &c.

## Quotuplex constructio.

Duplex est dictionum in constructione ratio. Nam dicuntur alia con- cordare, alia regere. In quibus explicandis hunc tenebimus ordinem, ut concordantium regulas primum tradamus, deinde regentium, sequentes ordinem partium orationis, & casuum. Omitteremus antiquatas & iam ob- soletas syntaxes, quale est illud plantinum: Quid tibi nos tactio est. Et po- pulabundus agros & similia, de quibus inter enarrandum præceptores admonebunt.

Ordo.

De concordantia seu congruentia Caput primum.

Congruunt autem in genere, numero, casu uel persona.



ORATIONIS LATINAE

Prima concordantium regula.

**S**ubstantiuum & adiectiuum debent esse eiusdem generis, numeri, & casus, ut mali corui malum ouium. socrates eodem semper uultu conspectus est. Pernicies homini quae pessima: solus homo alter. In his: mors est malum, Triste lupus, adiectiua substantiue ponuntur, pro re mala, re tristi, &c. & ad quintam concordantium regulam pertinent. Ad hunc modum coherent, praenomen, nomen & cognomen: ut M. Tullius Cicero. Pro eo, quod uulgo diceretur, Ioannes Franciscus de Rennenberch, rectius dicendum, Ioannes Rennenbergius. Quod si quid commode ad hanc formam detorqueri non potest, a praepositione utendum est, non de, ut Ioannes Franciscus a Rennenberch. Vti possumus, & e uel ex, solum alicuius natale significare uolentes. Plautus. Philocrates ex Aulide. Et. Unde eam esse aiunt? ex samo. Terent. Est e Corintho hic anus. Caesar. Equites Romani. cccc. & a Placentia. c. Linius lib. I. Turnus Herdonius ab Aricia.

Quid. Turpe  
senex miles, tur  
pe senilis amor,  
ad est uis turpis.

Annotatio prima.

Adiectiuum saepe, cum sunt plura substantiua, propiori tribuitur, ut animus sanus, & ualetudo bona expetenda est.

Annotatio secunda.

Saepe etiam adiectiuum cum sunt plura substantiua, tribuitur digniori generi (masculinum genus est dignius foeminino & neutro) ut Pater & mater sunt amandi, quos honorare iubemur.

Annotatio tertia.

Sed rebus inanimatis additur plurale neutrum, ut caelum & terra sunt a deo condita. Duobus tamen eiusdem generis substantiuis adiaci potest etiam plurale simile: ut codex & culter meus sunt amissi, quos nondum recuperavi.

Annotatio quarta.

Adiectiuum participiale uerbi substantiui, uocatiui, aut similem uim habentis, interiectum duobus substantiuis diuersis, cum priore consentiet: postpositum uero cum utrolibet, ut pecunia dicta est neruus belli. Aqua est uinum factum uel facta. Linius: Gens uniuersa Veneti appellati.

Secunda concordantium regula.

**R**elatiuum & antecedens inter se consentiunt eodem genere, numero & persona: ut optima uoluptas est, quam commendat rarior usus. Literae quas ad senatum dedisti, publice recitatae sunt: uel eodem casu praecedente relatiuo, sic: Quas literas ad senatum dedisti, &c. Cic. Sed antiprosis

Quid. Timere ne quos per  
receptos alios Remina fiat

Relatiuum u. trahet sepe antea, & ad se: p. p. in antecedens postponit &



riptosus est: Eunuchum, quem dedisti nobis, quas turbas dedit. Et, vrbe, quã statuo, nostra est, & c. pro, Eunuchus & urbs. Per antiptosim casus pro casu ponitur, quæ figura tantũ auctoritate fulcitur. Interdum relatiuum neutro genere totam orationem refert, ut sapiens suis rebus cõtentus est, quod est proprium diuitiarum.

## Annotatio prima.

Relatiuum qui, quæ, quod, uerbo substantiuo aut uocatiuo coniunctum, si inter duos casus genere diuersos constituatur, cum utrolibet conuenire potest, at sapius cum posteriore proprio nomine: ut, Est locus in carcere, quod Tullianum appellatur.

## Annotatio secunda.

Hæc concordantium regula intelligitur de his relatiuis, qui, quæ, quod, sui, is, & alius quibusdam, quæ substantiæ relatiua dicuntur, quod antecedens substantiuum representent, qualis, quantus, cuius, cuias & similia, quæ accidentis appellantur, quod antecedens adiectiuum representent, semper cum posteriore conueniunt: ut, Talis fere homo est, qualis eius oratio.

## Tertia concordantium regula.

**N**ominatiuus & uerbum personale finiti modi (siue suppositum & appositum) congruunt inter se in numero & persona: ut, semper auarus eger. virtus laudatur. Nominatiuus hic sepe non exprimitur, sed intelligitur in uerbis primæ & secundæ personæ, ut fecisti, non feci. Exprimitur autem discretionis aut emphasis causa: ut, id ego facile curauero, tu non possis. Terent. Quid tibi uis? ego non tangam meam?

## Annotatio.

Duo singularia uel plura copulatiua cõiunctione sociata (& interdum uox collectiua) pluralis uim habent: ut, Cicero & Iulius Casar optimi sunt authores. Disiunctiua cõiunctione societatis, additur uerbum uel adiectiuum singulare: ut, Quis tibi aut propinquus aut amicus auxilio esse possit?

## Observatio prima.

Observandum est, primam personam digniorem esse secundam & tertiam, & secundam tertiam, ut Ego & tu disputabimus. Cicero ad Terentiam: si tu & Tullia lux nostra ualeatis, ego & suauissimus Cicero ualeamus. Interdum uiciniore tribuitur uerbum per Zeugma: ut, Ego & tu disputabis. Non imagines, sed uirtus clarum facit.

## Observatio altera.

Verbum substantiuum duobus nominatiuis numeri diuersi interposita



tum, priori sepius congruet: praepositum uero uel postpositum, frequentius uiciniore: ut litera sunt uera studioforum uoluptas. Litera optimum uaticum est. Quid. Omnia pontus erat. Dicitur in proxima regula sepius: aliter enim reperitur interdum. Quidius, sanguis erant lachryma. Dicitur deinde frequentius. Nam ita Linus, Captui militum praeda fuerunt.

Quarta regula.

Interrogatio & responsio conueniunt inter se de solo casu: ut, Quis diues? qui nil cupiat. quis pauper? auarus. A quo doctus est Alexander Magnus? Ab Aristotele. Quod si regantur a dictione diuersos exigente casus, ipsa esse diuersa possunt: ut, Quanti librum emisti? denario. Cuius est penna? mea. Cuius interest? mea, &c. Etiam uerbo respondetur: ut, Quid agitur? statur. curasti? curauit.

Quinta regula.

Duo nomina substantiua rem eandem significantia, ponuntur semper in eodem casu, & uulgo appositio dicitur: ut Anna soror. Effodiuntur opes iritamenta malorum. Archias cimis. Urbs Athenae. Passer deliciae mea puella. Aborigenes genus hominum agreste. Quid meruere boues animal sine fraude doloque? Urbs Roma.

Epexegetis.

Annotatio.

In appositione, si inter duo substantiua poni uerbum substantiuum sensu uero non potest, appositio fieri nequit, ut tunica pallium. Quamobrem huc recte possint referri uerborum substantiuorum, uocatiuorum & similem uim habentium similes casus, quos utrinque postulant: ut, Cicero est latinae elegantiae author. Cicero dictus pater patria.

DE REGENTIBVS.

Substantiua regentia genitiuum. Caput secundum.

Prima regula.

Substantiuum nomen regit alterum substantiuum, quod non eandem rem significat, in genitiuo: ut Purgationem alui, dentisque euulsionem Aesculapius inuenisse dicitur. Tegmen fagi, rector Thebarum, Troiani bellis scriptor. sic construuntur alia quoque uerbalia substantiua actiua uocis: ut, Persecutor malorum. Expultrix uitiorum. Genitiuus hic sepe possessionem significat, aut alias ad regentem dictionem refertur: ut, Ensis Euandri. Vel per adiectiuum possessiuum: ut, Euandrius ensis.

Observatio prima.

Genitui pronominum mei, tui, sui, nostri, & uestri, passiuè accipiuntur, &



# Titul. Quid illis rem gerat, & Quid huius tibi negotii est?

SYNTAXIS CONSTRUCTIO 45

His nominibus aliisque quibusdam adiunguntur: cura, sollicitudo, memoria, copia, potestas, dolor, amor, fastidium, desiderium, despectus, studium, imago, fama. Cicero, Crata est memoria nostri tua. Et quae partem significant: ut dimidium, pars, nihil, aliquid, multum, reliquum, plurimum mei, tuis, suis, &c. Cura uestri quae de uobis suscipitur, sed cura uestra quam uos suscipitis. Olim aetiae tantum capiebantur, mis, tis, sis, nostrum, uestrum, quorum loco nunc possessiva usurpantur, meus, tuus, suus, noster, uester, quae substantiuis omnibus adiungi possunt.

hinc. & his nimirum ipsis que tu in nobis de alijs. sed in alijs de uobis habetur. Agitur desiderio tui, quo in desiderijs famis desiderio tuo, quo

Observatio altera.

Hec quoque nomina: multum, parum, paululum, exiguum, minimum, tantum, quantum, aliquid, nihil, quicquid, modicum, & quaedam alia genitiuo iunguntur. Etiam adiectiua alia substantiue posita iunguntur genitiuo, ut medium noctis, pro media nox: profundum maris, obscurum noctis.

part tua q tibi debet tu desideras part tua i. mundum part tua i. mundum imago tua, quib. h. & off. deb. quae tua i. q. n. non sui memoria. i. quod nos de habebim.

Observatio tertia.

Propria nomina cum genitiuo non coniunguntur: quod si coniuncta cum genitiuo inueniantur, subauditur nomen appellatiuum: ut, Deiphobe clauis, scilicet filia. He etoris Andromache, scilicet uxor.

Non quod ab hoste pati uult q possit, reliqui quibus fit, quod ab hoste pati uult q possit, ut. Quid forma in malis reliqui fuerit

Secunda regula.

Substantiua regentia genitiuum uel ablatiuum.

Nomen substantiuum, uel uerbum substantiuum, regit genitiuum uel ablatiuum significansem rei uel corporis animiue partem aut proprietatem, adiectiue parti adiuncto, quod laudem uel uituperatione exprimat. Iuuenal. Ingenui uultus puer, ingenuique pudoris. Est adolescens modesto uultu atque uenusto. Dicitur etiam: uir imbecillus stomacho. Aeger pedibus. Sed aeger pedes synecdoche est, graca figura, poetis usurpata, & interdum historicis.

Quae culpa aliquid attribuitur id est qm del ablatiu efficitur. r. s. aru

Verbum substantiuum regit etiam genitiuum uel ablatiuum in re laudata uel uituperata: ut, Est puer in dolis bona, &c.

Adiectiua regentia genitiuum. Caput tertium.

Regula prima.

Nomina adiectiua a uerbis actiuis deducta, regunt genitiuum eius rei, in qua uerba regunt accusatiuum: & sunt ea potissimum quae uel in ax, uel idus, uel ius finiuntur, ut Capax disciplinae. Tempus edax rerum. Cupidus laudis. Timidus procellae. Mens sibi conscia recti. Anxius fati. sturdiosi multa passim adiectiua reperient genitiuo iuncta: ueluti, Amens animi. Auarus laudis. Compos, impos, amulus, expers, parciceps, gnarus, in-

Adiectiua multa genitiuum regentia. Lina cer congesta



obsequia  
obsequia hinc

tegen, peritus, imperitus, ignarus, rudis, memor, immemor, indigus, prodigus, prudens, imprudens, studiosus, inscius, nescius, certus, incertus, cecus, inops, voti seu facti reus, &c. Et ex participiis facta nomina: ut, vini abstinentissimus. Fugiens litium, Datus inedia. Prastans animi. Consultus iuris. Indoctus pile, &c.

Regula secunda.

Dictio partitiva est, quae divisionem significat, & multam dicitur partem.

Adiectiva partitiva, ut signa generalia, & particularia, interrogativa, numeralia, comparativa, superlativa, & pronomina, iunguntur genitiuis pluralibus eiusdem generis: ut, Nullus hominum, nulla bestiarum, alter consul, quis eorum, quis uel quilibet uestrum. Quisquis fuit ille deorum. Unus omnium. Sola auium. Sapientum octauus. Fortior manuum, de duobus dicitur. Fortissimus Graecorum Achilles: Troianorum Hector, de pluribus. Comparatiuus de duobus dicitur eiusdem generis seu naturae, hoc est, quae cognatione quadam inter se coniuncta sunt: ut Germani, Galli, Craci, Troiani, &c. Vel quae sunt eidem generi subiecta, ut homines, equi, leones, &c. superlatiuus de pluribus dicitur. In illo superiori fit ab uno ad unum comparatio, in hoc ab uno ad plures, saepe tamen comparatiuus de pluribus dicitur. Plinius, Apum adolescentiores ad opera exeunt. Diligentiores poetarum. Collectiua, & nomen rerum, non conueniunt saepe cum adiectiuo de genere: ut, Prudentissimus ciuitatis. Optime rerum. Interdum pro genitiuo utimur uel ablatiuo cum praepositione ex, de, in: uel accusatiuo cum inter: ut, soli philosophorum uel ex philosophis. Aliquis nostrum uel de nobis. Nullus eorum uel inter eos. Doctissimus omnium uel ex omnibus.

Annotatio.

De adiectiuis quibusdam genitiuum regentibus uide sub cap. 7. regulam tertiam.

Adiectiua regentia datiuum.

Caput quartum.

Regula prima.

Adiectiua significantia commodum uel incommodum, gratum uel odiosum, itemque ea quae notant similitudinem, amicitiam, uel inimicitiam, aequalitatem, uicinitatem, & quae ex con praepositione componuntur, datiuo iunguntur: ut similis, dissimilis, aequalis, par, impar, equus, iniquus, contrarius, propinquus, uicinus, affinis, cognatus, &c. ut, Grata sunt omnibus munera. Contrarius mundo cursus planetarum est, &c. Quaedam genitiuum uel datiuum admittunt: ut, par, similis, dissimilis, communis, proprius, affinis, &c. Virgil, Quem metuis par huius erat. Et, Par lenibus uentis uolens.

Quaedam genitiuum uel datiuum recipiunt.

Haec uoces relatiua dno uidentur Quisq; sibi sui mali auctor & crique  
No ero tibi auctor uirtus q; et tupe sibi liberis (ut. Quis diuis  
hinc holo praesens est, fortuna illi non eua est ut infra de p'bis  
dny uerq; uq 1.



erique simillima somno. Cic. dispar sui. Pl. Quia tribus impar erat. Quaedam etiam accusatiuo iunguntur cum prepositione: ut, utilis, aptus, ineptus ad rem militarem, ad literas, &c. Dissimiles inter sese. Disparēs inter se motus. Quaedam ablatiui: Alieno est à nobis animo. Hoc mihi tecum est commune.

Secunda regula adiectiuorum.

Verbalia in bilis, & participialia in dus passiuę significatiua, à uerbis actiuis deducta, datiuum recipiunt: ut, Amabilis omnibus: honorandus, colendus pater filio. Exosus & perosus accusatiuum sepius admittunt actiuę expositi: ut, Exosus bella, segnitē, exilium longum perosus, lucem perosus. passiuę Cellius dixit: diis exosus. & suetonius: Populo Romano perosi sunt

Participia in dus futurū tem pus significanti.

participia in dus fut. temp. passiuę significanti. Participia in dus fut. temp. passiuę significanti. Participia in dus fut. temp. passiuę significanti.

Adiectiua regentia accusatiuum. Caput quintum.

Primā regula.

Adiectiua, quibus dimensio significatur, mensuram certam recipiunt in accusatiuo: ut latus, longus, crassus, profundus pedem unum & semissem, pedes duos, &c. Vel in ablatiui: ut, Fundamēta alta pedibus quinque. Crassum pede uno. Longum pedibus tribus.

Verba item mensuram uel spatium significantia, regunt ipsum interualum in accusatiuo: ut, Dic quibus in terris pateat tres ulnas calis spatium. Abest uel distat hoc oppidum ab illo, iter unius diei, iter bidui, sex milia passuum. Caesar: Cum tridui uiam processisset. Eclipticę Cicero dixit: à quibus aberam bidui. Iter. Interdum in ablatiui. Linius: Romana castra uiginti milium spatio aberant. Virg. Nec longis inter se passibus absunt. Plinius: Longum sesquipedē, latum pede. Ablatiui utendum est, cum quid in loco factum esse dicimus: ueluti, Quarto ab urbe lapide.

Secunda regula.

Adiectiua de toto dicta, & de parte tantum intellecta, regunt ipsam partem in accusatiuo: ut Decorus faciem. vulgo synecdoche dicitur. Virgil. Os humerosque deo similis. Nuda genu. Flauus caesariem. Dicendi genus est Græcis familiare, & poetis latinis usitatum, rariis historicis. Pomponius Mela: sarmatæ totum brachati corpus, & nisi qua uident ora tecti. Græce dicitur. Cetera Cranus apud Virgilium. & apud Horatium, Excepto quod non simul esset, cetera latus. Est hoc genus etiam per uerba absoluta & passiuā & participia, ut Rubet faciem. Virgilius, Expleri mentem nequit.

synecdoche dicitur, cum pars in accusatiuo iungitur adiectiui uel uerbo

Col. Lata bubila in epistolis p. 107. dicitur. hoc minus noui. i. bouis abia



Horatius, Peruncti fecibus ora. Et, Miles multo iam fractus membra labore, id est, fractis membris. Ablatiuus usitator est, ut Pedibus eger. Crine ruber. Item, Ardens oculis. Prælio strenuus. Lingua factiosus. Iners opera. Fuscus colore, &c. Castus moribus. Tardus incessu, &c. Reperitur etiam genitiuus, & id græce: ut, Pendet animi. Discrutior animi.

Substantiua ablatiuum regentia, & similia adiectiua. Cap. 6

Ablatiuo quidam utuntur, quorum est Nonius Marcellus, in citandis authoribus, ut Terentius Eunuchus, Plautus Amphitryone, Virgilius Aeneide. Substantiuus interdum additur ablatiuus formæ uel modi, ut natura pater. Nomine Petrus. Natione Germanus. Titulo doctor, &c. Virg. Nascetur pulchra Troianus origine Caesar. Itemque, Carolus dei gratia Romanorum rex & imperator. Et si qua sunt alia nunc ad eundem modum introducta. Dicimus etiam decem numero uel decimus ordine. Et Andria genere. Syrus natione.

Adiectiua regentia ablatiuum. Cap. 7

Prima regula.

Res superata  
dicitur minor  
seu inferior.

Comparatiuus regit ablatiuum rei superata, ut Plato doctior est Aristotele, id est, quam Aristoteles. Nam resoluitur hic ablatiuus in quam conjunctionem, qua sæpe utuntur authores: ut ille toto pede longior est, quam quiniis longissimus. Hic fit comparatio inter res diuersi generis ab uno ad unum, uel ad plures, atque etiam ad plures eiusdem generis. Tacitus lib. 15. Cupido dominandi cunctis affectibus flagrantior est. Fab. lib. 12. Transeo Lycurgum, Aristogitonam, Iseum, Antiphontem: Quid Aeschines, nonne his latior, audentior, & excelsior? Idem lib. 8. Hoc in certamine puer quidam audentior cæteris. Martia. lib. 10. Natales mihi Martia Kalendæ, Lux formosior omnibus Kalendis.

Secunda regula.

Nomina adiectiua, uel uerba superare significantia, regunt ablatiuum qui speciem uel modum seu rationem superandi notat: ut, Toto pede me longior est, crassior palmo. Eloquentia omnibus antecellit Cicero. Homo ratione bestiis præstat. Comparatiua (quæ maxime huc pertinent) augentur his particulis: tanto, quanto, multo, paulo, longe, &c. superlatiua etiam, multo, longè, quàm, facile, ut & ita, pro tanto & quanto. Cice. Quanto maior es, tato te geras summus. Idem, Virum unum totius Græciæ facile doctissimum Platonem.

Tertia

Adiectiua et ablatiuus ablatiuus  
modus regentis.  
Et uerba h. & d. n. s.  
Dignitas h. & p. n. s.  
ut infra.



## Tertia regula.

Adiectiua abundantiam uel inopiam significantia, cum ablatiuo iunguntur: ut, Plenus, diues, locuples, refertus, confertus, foecundus, fatus, grauis, grauidus, onustus, repletus, uacuus, inanis, uiduus, cassus, orbis, exhaustus: ut, Grauis aere. Vrbs opibus referta. Horum nonnulla genitiuum etiam admittunt: ut, Plenus rimarum, Diues opum, Vrbs referta optimatum, uacuus frugum, &c.

## Quarta regula.

Multa adiectiua regere possunt ablatiuum cause efficientis, uel modi: ut Pallidus morte. Tardus senio. Grauis aere, &c. Dignus, indignus, cinctus, armatus, fretus, ornatus, praedius, captus, contentus, & si qua sunt similia, regunt ablatiuum: ut, Dignus uel indignus laude, seu qui laudetur. Cinctus gladio, &c. Opus esse, id est necessarium esse, cum datiuo & ablatiuo iungitur: ut, Consilio tuo nobis opus est. Aliquando ueluis indeclinabile adiectiuum usurpatur, Dux nobis & autor opus est. Plautus: Opus sunt milites. Cic. Video mihi opus esse uaticum. Nummos opus esse. Parato opus est, opus facta, &c.

## Regula quinta.

Ablatini duo ponuntur absolute. Vide sub cap. 15. regulam 8.

## DE PRONOMINE. Caput octauum.

## Prima regula.

Pronomina multa partitiue ponuntur, ut ante dictum est regula secunda de adiectiuis genitiuum regentibus, ut Nemo uestrum. Maior nostrum.

## Secunda regula.

Pronomina multa substantiue sumpta, genitiuum recipiunt: ut quid cause? id negotij. Illud negotij. Eo uel eodem loci, &c.

## Tertia regula.

Pronomina possessiua post se recipiunt hos genitiuos: ipsius, solius, unius, ipsorum, duorum, trium, paucorum, cuiusque, omnium, uestrum: denique participiorum genitiuos: ut, Mea unius opera liberatus est, &c. scripta cum mea nemo legat uulgo recitare timentis.

## Quarta regula.

Vide sub capite secundo, primam annotationem regula prima. Et sub cap.



12. sextam regulam & annotationem.

Quinta regula.

Idem, præter notam elegantiam, qua post se particulas, ac, atque, ut, obtinet, Terent. heaut. Est animus erga te idem ac fuit: Et præter hanc usitatissimam, Cic. Est idem qui semper in rep. fuit. Plaut. Idē es qui soles. Præter has, inquam, etiam datiuo iunctum legitur. Horatius. inuitum qui seruat, idem facit occidenti, id est, idem quod occidēs facit. Ponitur & pro æquo à Virg. Rex iuppiter omnibus idem.

DE VERBO.

Cap. 9.

De uerbis ante se nominatiuum exigentibus.

Verbum personale finiti modi, requirit ante se nominatiuum eiusdem numeri & personæ: quæ tertia est concordantium regula supra explicata. Interdum infinitiuus uice nominatiui ponitur, & quandoque oratio: Persius. scire tuum nihil est, nisi te scire, hoc sciat alter. Terent. seni uerba dare difficile est. Quod negotium meum curasti, fuit mihi gratum. Et ad uerba quædam genitiuo iuncta: ut satis testium est. Fraudis abunde est. Usurpatur etiam infinitiuus loco præteriti imperfecti addito nominatiuo: ut, Omnes mihi inuidere & mordere clanculum, id est inuidebant & mordebant. Qui modus frequens est historicis.

De uerbis ante se accusatiuum recipientibus.

Cap. 10.

Regula prima.

Verba infinitiui modi à fronte accusatiuum exigunt: ut, Audiui te iuris prudentiæ studere, id est, quod studeas, ut indiferti exponunt. Nam hoc ipsum quod, non exprimunt docti. Terent. Audiui Archillis, iam dudam lesbiam adduci iubes. Potest per ut exponi, ueluti: uolo filium meum studere liberalibus artibus, id est uolo ut studeat. Quod si duo sunt accusatiui, is à fronte regitur, qui per nominatiuum declaratur: alter qui manet, à tergo regitur, ut Nolo filium meum legere poetas obscenos, id est, ut filius meus legat.

Annotatio.

Si uerbum & infinitiuus eiusdem personæ sunt, abesse debet accusatiuus: ut, uelim, uelis, uelit esse doctus. uelim efficere solus. uelit tibi esse gratus. sperat tibi uideri amicus. Cic. studebam fieri eius prudentia doctior. uideretur te nisurus esse, &c. sin diuersæ, necessario accusatiuus exprimitur:

ut

*Quid. Adde q. inq. linaas  
didit q. fideliter arces,  
& molles mores, nec  
sinit se feros.  
Verbum molles uidet his  
tag. ut didit q. arces  
fideliter. To pax pax*

*Quid. Adde q. inq. linaas  
didit q. fideliter arces,  
& molles mores, nec  
sinit se feros.  
Verbum molles uidet his  
tag. ut didit q. arces  
fideliter. To pax pax*



ut, Cupio te esse doctum.

*Sub eo illud salutar, Volo n. n. sub eo*

Annotatio altera.

Si datiuus infinitiuum esse, precedat, à tergo sequi potest accusatiuus, sed frequentius datiuus: Terent. Expedi nobis esse bonas. Marcialis: Nobis non licet esse tam disertis. Quod si accusatiuus præcesserit, accusatiuum sequi necesse est: ut, Non conuenit regem esse parcum. Supprimitur plerūque accusatiuus à fronte, ob additum datiuum. Quintil. Procuratorem tibi esse nō licuit. ubi subauditur accusatiuus te, qui exprimi non debet. Pro quo recte etiam dicitur: Non licet tibi esse procuratori, non autem procurator. cum nō subaudiatur hic nominatiuus, sed in illo Ouidiano: In molli sperem mobilis esse toro, nominatiuus ego subauditur.

*esse*  
*parcis n. aula refingit esse*  
*in supbis.*

Annotatio tertia.

Verba electionis aut uoluntatis, & uerba impersonalia, uerbis infinitiuis præponuntur: ut, volo scribere. Nescio loqui. Terent. Nescis inescare homines. Libet experiri. Inueniuntur adiectiua quædam infinitiuis præposita: ut paratus respondere, timidus mori. Ouidius: sed puer est, atas mollis & apta regi. Dignus amari. Rarò substantiua reperiuntur infinitiuis præposita: ut, spes est fore: Animus uel consilium est nauigare. Virg. sed si tantus amor casus cognoscere nostros.

*Esse*  
*prohena q. te coris e b n*  
*i. g. s. h. u. p. p. s. h. u. e. t. v. o*  
*et h. u. p. p. r. a. u. t. q. u. a. l. i. a. s. u.*  
*u. p. l. o. d. o. l. o. m. a. l. o. n. o. l. o*  
*u. p. l. o. m. a. l. o. i. n. s. u. l. t. u. o*  
*u. p. l. o. d. e. b. e. o. s. o. l. u. o*  
*Nubis solis pulsa clarior uo*

De uerbis post se nominatiuum regentibus. Cap. II.

Verba substantiua & uocatiua (passiui generis) & quæ similem uim habent, itemque uerba gestiuum, & æstimandi, & alia quædam, utrinque nominatiuum requirunt, cum res pertinet ad idem: ut, Ira est furor breuis. Ebrietas dicta insania uoluntaria. Virgil. iacet medio resupinus in antro. Sedet tristis: incuruus, salutor poeta. Habetur prudens. subridens dixit, id est, subridendo. Insciens feci. Inambulans docet, &c. Hoc modo uidetur omne uerbum habere posse nominatiuum post se quod pertineat ad idem, quod suppositum est, ut Ille omnia facit inuitus. Terent. Redeo inde iratus, &c. Latine dicitur: Est mihi nomen Ioannes, uel Ioanni, raro Ioannis. Liuius: Faustula ei fuisse nomen ferunt. Virg. Cui nunc cognomen Iulo, &c.

De uerbis genitiuum regentibus. Cap. II.

Regula prima.

Verba substantiua, & uocatiua & quæ similem uim habent, eundem recipiunt casum quem nomina substantiua postulant. Hoc dictum Platonis est, uel dicitur, uel esse creditur, uel putatur. Ille mitis & lenis ingenij est. Tu diceris esse aspero & difficili ingenio.



Aut patrum aut scriptorum dandi verba requirunt  
Nominibus et abo tamq[ue] scripto datus alios usque

ORATIONIS LATINAE

Regula secunda.

Ut accusat[ur] furti, au[tem] sacrilegij, au[tem] v[er]g[er]e, no[n] d[icitur] v[er]g[er]e, s[ed] d[icitur] de similib[us] et trad[itur] s[ed] p[ro]p[ri]e et obnoxijs s[ed] p[ro]p[ri]e.   
ΕΙΣΧΕΤΑΙ ΚΛΟΠΗΣ  
ΕΙΣΧΟΜΑΙ ΕΙΣ ΤΟ ΟΒΝΟΧΙΟΝ  
sio.

Verba accusandi, damnandi, & absoluendi, praeter accusatum perso-  
nae etiam genitiuum requirunt, qui crimen uel poenam significat, ut sunt:  
arguo, accuso, ago, arcesso, astringo, absoluo, damno, condemno, insimulo,  
postulo, alligo: ut Accusat eum ambitus, maiestatis, furti, adulterij, caedis. A-  
gerem iniuriarum. Hic furti se alligat, & furto apud plantum. Cic. Maiores  
nostri si quando mulierem peccati damnabat. Idem. Capite danatos mor-  
te multauit. Idem. Rei capitalis damnatus. Caesar. Capitis damnatus. Cic.  
sceleris condemnat generum suum. Plinius. Inuenimus Egnati uxorem cu[m]  
uinum bibisset e dolio, interfectam fuisse a marito, eumque caedis a Romu-  
lo absolutum. Libero, multo, punio fere cum ablatiuo inueniuntur iuncta:  
ut senatus hunc iudicio liberauit. Interdum etiam illa superiora ablatiuum  
recipiunt, praesertim si non fuerit proprium criminis nomen. Aemilius Pro-  
bus: Accusatus hoc crimine. Cic. Accusare aliquem crimine ambitus. Idem.  
Nunc non modo te hoc crimine non arguo. Insimulare auaritia & fal-  
sis criminibus. Condemnabo eodem ego te crimine. Lilius. Latæ demde le-  
ges, quæ consulem regni suspitione absoluere[n]t. Fit interdum in his eclipsis  
ablatiuus, ut Maiestatis delatus est, scilicet crimine uel scelere. Cic. hæc duo  
leuitatis & infirmitatis plerosque conuincunt. Quædam etiam præposi-  
tionem admittunt, ut De pecuniis repetundis damnatus. Accusare de episto-  
larum negligentia. Dicimus etiam, Accusare adolescentum inertiam. Cic.  
Licinium lenticulam de alea condemnatum collusorem suum restituit.  
Idem: De præuacatione absolutus, &c. Ad hanc regulam possunt & alia  
referri: Admoneo, commonefacio, &c. ut Admonitus æris alieni. Me ueteris  
amicitia commonefecit. Cicero: Nemo est, quin tui sceleris ex illa oratione  
commonefiat.

admoneo  
quomodo facio

Regula tertia.

Verba aestimandi, ut sunt aestimo, taxo, sum, facio, pendo, duco, fio, puto,  
& si qua sunt alia, construuntur cum his genitiuis: tanti, quanti, magni,  
parui, minoris, plurimi, maximi, minimi, nihili: facio pili, flocci, assis. Aequi  
bonique facio. Lilius: Tanto plus quam quanti essent aestimarentur. Ma-  
gni aestimant uel magno. Nam & ablatiuus, loco genitiuorum inueniuntur:  
ut, Data magno aestimas, accepta paruo. Plinius: Tanti taxauerunt. Cicero:  
Vide quanti apud me sis. Is non putat tua dona esse tanti. Scio eius ordinis  
authoritatem semper apud te magni fuisse. Plautus. Pluris est testis oculatus  
unus, quam auriti decem. Pluris facio omnium hominum neminem.

Quod dicitur accidit substantia  
hinc hinc quoque dicitur  
migrat in ablatiuo. ut  
Quod pro emisti, minoris  
pro cui poterat domus, quod  
reducta est.

valet tati uel minimo p[ro]p[ri]e p[ro]p[ri]e p[ro]p[ri]e S[ed] aestimandi substantia quodsi ualere  
p[ro]p[ri]e. Quasi minimo ualere dicitur. Varro t[ame]n in p[ro]p[ri]e p[ro]p[ri]e p[ro]p[ri]e  
inuenit dicitur Denary, q[ui] d[icitur] d[icitur] ualere: Quinary q[ui] quinos  
videt p[ro]p[ri]e d[icitur] ualere ut d[icitur] d[icitur] p[ro]p[ri]e d[icitur] ualere



Nihili pendere & pro nihilo ducere, pro nihilo habere. ista parui pendimus. Parui ducimus. Virtus uoluptatem minimi facit, &c. Cicero: Quanti quisque se ipse faciat, tanti fiat ab amicis. Non a se faciunt. Terent. Huius non facio (ostensa festuca, aut alia re nihili) Quintil. Rogat boni consulas, id est, bonum iudices.

Regula quarta.

Hæc uerba, meminī, recordor, reminiscor, obliuiscor, regunt genitiuum uel accusatiuum: ut, ut meminit nostri? Numeros meminī, &c. Recordor hæc rem, & de hac re sapius dicitur. Misereor & miseresco neutrum genitiuum recipiunt, ut miseremini eius. Vir. Miserescite regis. sed miseror, aris, accusatiuum. Venit mihi in mentem eius rei, uel ea res, uel de ea re. Rerum satagere, id est, anxie curare: est apud Terent. heautonti.

De impersonalibus.

Regula quinta.

Hæc accusatiuum & genitiuum recipiunt, miseret, miserescit, pœnitet, pudet, piget, & dedit: ut, Miseret me tui, fratris, familia. Plaut. Me eius misertum est. Terentius: In opis nunc te miserescat mei. Nihil est faciendum, cuius nos pœnitere possit. Pudet me tui. Plaut. Miseret te aliorum, tui te nec miseret nec pudet. Piget me laboris. Tædet me tui sermonis. Pertæsus genitiuum uel accusatiuum. Virg. Si non pertæsum thalami tædæque fuisset. Pertæsus ignauiam suam. Hæc impersonalia loco genitiui infinitiui recipiunt: ut, Tædet iam audire eadem millies. Pudet dicere. Quæso quod te percontabor, ne te id pigeat proloqui. Pœnitet respicere plura testimonia. Fab.

De uerbis copiam uel inopiam significantiibus uide regulam tertiam sub cap. 15. *Et non tui licet hys quibus, pœnitet, miseret, dedit, datæ præterquam ad hunc quos, quæd*

Regula sexta. *præterquam, sed mei, qui, tu, præterquam.*  
Est si, interest, & refert, recipiunt quemuis genitiuum, præter hos: mei, tui, sui, nostri, uestri. Martialis: Non est crede mihi, sapientis dicere, uinam. Cic. Interest omnium recte agere. Idem: Nostra aut ipsorum interest. Nihil illius interest, uel refert. Dicimus etiam magni, permagni, parui refert uel interest. Et per aduerbialia nomina, multum, plus, plurimum, parum, paululum, nihil, aliquid, ut, Plurimum refert uel interest. Plus illius quam huius interfuit.

Annotatio.

Est, regit loco genitiuorum mei, tui, &c. hos nominatiuos meum, tuum,

*Sus, gtr, popular, quos, præterquam, possidens, aut ad aliquid præterquam, Regit, & mei, ego,*



suum, nostrum & uestrum: ut, Mentiri non est meum, subauditur officium, &c. Sed interest & refert hos ablatiuos, mea, tua, sua, nostra & uestra: ut, Plus mea interest quam tua. An hoc tua unius refert, & non nostra omnium? Cicero: si mea solum interesset. Terent. Tua quod nihil interest, percontari desine. Plautus: Quid id refert tua? Cuius. Cicero: Ea caedes potissimum crimini datur, cuius interfuit, non ei, cuius nihil interfuit. Hac autem: mea tua, sua, &c. genitiuum nullum secum recipiunt, praeter paucos supra cap. 8. regula tertia positos: Non enim dicitur usitate, hoc tua interest preceptoris, sed dicendum est: hoc tua interest, qui preceptor es. Terent. id mea minime refert, qui sum natu maximus.

Regula septima.

Proprium nomen oppidi, uici, & castri.

1. in quibus uel ubi quid factum est

Propria nomina oppidorum & uicorum, in genitiuo adiunguntur uerbis quietem in loco significantibus, si sint prima uel secunda declinationis: sed in datiuo uel potius ablatiuo, si sint tertia uel pluralis numeri: ut, Habitat Aurelia, Louanij, Carthagini uel Carthagine, Athenis. Ea habitabat Rhodi, Terent. Cicero: sepultus esse dicitur Lacedaemone. Idem: Comendo tibi domum eius, quae est Sycone. Regionum autem, insularum & montium nominibus, sicut & appellatiuis additur praepositio: ut, Habitauit in Germania, in Callia, &c. Expectat in foro, in templo, &c. Verbis quietem significantibus adduntur hi genitiui, domi, militiae, & datiuus ruri. Salust. Domi militiaeque mari atque terra praecleara facinora fecit. Ruri se continet. Humi additur uerbis quietem & motum significantibus. Serpit humi. Virgil. Procumbit humi bos. His genitiuis non adduntur adiectiua: sed genitiuus domi haec tantum admitit, mea, tua, sua, nostra, uestra, aliena: ut, Domi mea, tua, aliena, &c. Cicero. Nonne malis sine periculo esse domi tuae, quam cum periculo alienae? Idem. Huius domi est mortuus. Et, Qui istius domi erat educatus. Idem. Redij luce, non tenebris. Idem. Ad me heri uespero literas misit. Noctu, nocte, uel de nocte.

Ruri  
Humi  
Domi

De uerbis datiuum regentibus. Cap. 13.

Regula prima.

Cui aliquid fit per  
dum offeris.

Omni uerbo datiuus addi potest, significans commodum uel incommodum, obsequium, auxilium uel repugnantiam, siue rem cui aliquid fit: ut, fauet



Fauet, paret, seruit, nocet, re clamat, aduersatur, repugnat, resistit mihi, re-  
fragatur petitioni mea. Bene ex animo tibi uolo. Benedicere alicui, uel ma-  
ledicere. Bene uel male precari, facere conuicium alicui. Tibi quibuscun-  
que rebus potero, libentissime commodabo. Mihi istic nec feritur nec meti-  
tur. Relatiua etiam per datiuum efferuntur, hoc modo: si non sum tibi u-  
xor, non eris mihi maritus. Si non sum tibi ciuis, non eris mihi consul, &c. Est habere si-  
Est & sunt, pro habeo capta, & aliquot eius composita, datiuo iungun-  
tur. Virgilius: Est mihi nanque domi pater, est iniusta nouerca. Deest mihi  
pecunia, superest illi. Sunt nobis mitia poma. Fons, cui nomen Arethu-  
sa est.

## Regula secunda.

Verba quadam composita cum prepositionibus, ad, in, con, ob, sub, & a-  
lia multa, ut fido, placeo, displiceo, seruiuo, parco, dominor, blandior, me-  
deor (Sed medicor datiuo uel accusatiuo iungitur) & omnia uerba opem  
ferendi (sed iuuo accusatiuum exigit) ut auxiliari morbis, subuenire, succur-  
rere miseris, ferre suppetias, auxilium. Opitulari alicuius inopia. Horum  
multa ad superiorem regulam referri possint. Item operam dandi, ut stu-  
dere, operam dare, nauare operam, datiuum recipiunt: ut, iustitia honesta-  
tique adharendum est. Consimiles sunt adeo, ut utri adsum nesciam. In-  
habeat oculis memoria imaginis. Plinius: Inharere ceruicibus. Virgilius in  
9. Lupus insidiatus ouili. Confert huic rei & ad hanc rem. Id minime tibi  
conducit. Plautus: quæ ad uentris uictum conducunt. Terentius: Magis mi-  
hi ut incommodet, quam ut obsequatur gnato. Cicero: Non tam id laboro  
ut qui mihi obtrectent a te refutentur, quam &c. Idem: sic mihi semper  
obtemperauit, tanquam filius patri. Principiis obsta, sero medicina para-  
tur. Sæpe solent auro multa subesse mala. Succenset tibi, id est irascitur. Sub-  
seruire orationi. His plura possint addi composita: ut antefero, antepono.  
ut, Iniquissima pax iustissimo bello anteferenda est. Amicitia omnibus re-  
bus anteponenda. Variat anteeo. Plautus: virtus omnibus rebus anteit.  
Salustius: Et cum omnes gloria anteiret. Antecedo Cicero accusatiuo iun-  
git, Plautus etiam datiuo. Anteuerto. Terentius: Miror ubi ego huic ante-  
uerterim. Cicero. Atque id ipsum, cum tecum agere conarer, Fannius ante-  
uerit. Intermitte tuis interdum gaudia curis. Posthabui tamē illorum mea  
seria ludo. Diuitem rudis & ignarus docto præfert. Superesse labori, id est  
uincere laborem, Virg. Deditus est potationi.



*Etiam ad seipso dabitur in per dicitur factum.*

*Cas. Gallia Romanos intercipisset*

*Interdixit his quibus seque*

*Stad passim. Male in quibus patet*

*bonis interdixit*

ORATIONIS LATINAE

Annotatio.

Regentia dativum & accusativum.

Dono

Habeo

*Imparha tibi fortuna*

*autem, et imparha in*

*fortuna tibi. Plurima*

*plurima tibi. Plurima*

*plurima tibi. Plurima*

*plurima tibi. Plurima*

*plurima tibi. Plurima*

*plurima tibi. Plurima*

*plurima tibi. Plurima*

Hac praeter dativum recipiunt etiam accusativum, ut sunt verba dandi, committendi, promittendi, nunciandi & declarandi: ut, Dare alicui beneficium. Exhibere, faceffere alicui negotium, molestiam. Impendere tempus studiis. Donare aliquid alicui. Et donare aliquem re aliqua, quod frequens est. Sic impertio vel impertior. Quem lupo committere. iubeo tibi vel te dare, bono animo esse, &c. Mandare magistratum bonis & experientibus viris. Aureos montes alicui polliceri. Nunciare aliquid patri. Scribere vel mittere literas amico vel ad amicum. Respondere alicui, respondere maledictis & ad maledicta. Erranti monstrare viam. Terent. Iam ne ostendisti signa nutricia? &c. Et verba auferendi vim habentia: ut aufero, adimo, eripio: ut, Nihil tibi abstuli, & non auferes a me id quod petis. Eandem habet constructionem eripio. Ego tibi hanc curam adimam, &c.

Regula tertia.

Habeo praeter accusativum, dativum admittit, qui per ad praepositionem & accusativum exponitur: ut habere aliquem ludibrio, odio, despectui, neglectui. Habere aliquid probro, quasi praedaeque, voluptati, religioni. salustius. Perinde quasi ea honori, non praedae habeant. Huc referendus est Octavius ille casus similis dativo, significans motum ad locum: ut, It clamor coelo, id est ad coelum. Terent. Mulier commigravit huic vicinia. Ruit oceano nox.

Regula quarta regentium duos dativos.

Sum, duos interdum recipit dativos, quorum posterior exponitur etiam vulgo per ad praepositionem & accusativum. Cic. Ut & nobis honori, & amicis utilitati & Reipub. emolumento esse positus. honori, id est, ad honorem, &c. Cui bono fuit. Mihi maxime cura est, cordi est. Hoc tibi laudi est, &c. Magna mihi levationi est deambulatio. Item do: Cic. His non modo non laudi, verum etiam vitio dandum puto. Idem. Iam profecto te intelliges inopia criminum summam laudem sex. Roscio vitio & culpa dedisse. Gallo crimini dedisset. Pecuniam alicui dare faenori, pignori. Terent. Hanc tibi dono do. Dare mancipio. Et duco: Plautus. Id mihi damno ducam. Cic. Si quis despicatui ducitur. Id honori ducitur vel laudi, vel vitio. Plautus. Nemo id probro ducet. Alcmena. Et uerto: Quod aliis vitio uertis, id tu tibi laudi ne duxeris. Venire subsidio. Dicere bona sua doti apud Terentium.

Regula

Terminatione sunt casus sex. Ex significatio ne fecerit octo.

*do*

*do*

*duo*

*duo*



Regula quinta.

Datiuum requirunt hæc siue fuerint impersonalia, siue personalia, pos-  
sunt q; pleraq; infinitiuum sibi subiicere. Accidit, contingit, expedit, conue-  
nit, uacat, sufficit, patet, liquet, constat, superest, dolet, libet, licet, placet, &c.  
ut Accidit mihi, uel hoc tibi accidit. Non satis mihi constat. Terent. Ille bo-  
nus uir nobis psaltriam (si diis placet) parauit. Non uacat audire. Terent.  
Prodeambulare huc libitum est mihi. Nobis non licet esse tam disertis,  
Martialis.

De uerbis accusatiuum post se regentibus.

Cap. I.A.

*Quod faris p arm effecto*

Regula prima.

Verbum actiuum regit accusatiuum in re patiente, hoc est, in ea, qua a-  
ctionem uerbi accipit, seu qua fit: ut, Pingit tabulam. hic pictoris actionem  
tabula accipit, qua pingitur.

*De regentibus. l. in quod transit ante se accusatiuum ante dictum est.*

Item deponentia & communia actiua significantia: ut, reuerere paren-  
tes & preceptores. Maiores natu uerere. Puer matrem osculatur.

Annotatio prima.

Et quadam absoluta actiue posita, accusatiuum recipiunt: ut, Corydon  
ardebat Alexin, id est, impatienter amabat. Olet hircum. Sanguinem sitit.

*sic flere patre, uel de morte patris.*

Annotatio altera.

Præterea multa absoluta habent accusatiuum significantem rem uerbi,  
hoc est, qua fit cognate significationis: ut, seruiuo seruitutem. Viuere uitam.  
Obire mortem. Ire uiam. Bibere uinum, &c.

*ut resipiscas*

Aliquando ablatiuum: Seneca, Morte obiit repentina. Ire uia.

Annotatio tertia.

Appellatiuum interdum à poetis pro aduerbio usurpatur: ut, Cernis acu-  
tum, id est, acute. Horrendum sonuere, id est, horrende. Vox hominem so-  
nat, id est, humanitus. Bacchanalia uiuumt, id est, bacchatim seu ritu uel  
more bacchantium.

Regula secunda.

Verba docendi & rogandi significationem habentia, recipere possunt  
duos accusatiuos diuersos, alterum persone, & alterum rei, quem postero-  
rem etiã passiuam retinere possunt. Verba docendi sunt, Doceo, dedoceo, &c.  
erudio, moneo, admoneo, hortor. Rogandi, Oro, exoro, posco, reposco, rogo,  
flagito, exigo: ut, Docuit te rhetoricam. Cic. Erudij te leges belli. Eruditus gra-  
cas literas. Docetur ille à me dialecticam. Eos hoc moneo. Cic. Nec ea qua  
monemur, audimus. Admonet me aliquid, uel ea de re. Exigebat me porto-

*Vi. Vistendit's. trad. h'ois*  
*passiuis. n. addit & reliqui*  
*casus quos recipiunt actiua*  
*per arm actiui p prin*  
*mondo*  
*portorind null*  
*gladw. Vistoz*  
*accusatiua sunt*  
*Capo rogatus p' p' p' p'*  
*Doroze grammatice*  
*plan. Quis emt. indita*  
*ny regit inditanda ay*  
*inditanda*

*flagito posco peto doceo rogo raleo ralo*  
*Exoro admoueo moneo atq; interrogo, rogo*  
*Induit et dicit ralgz exoro, postulat oro*  
*Quibus h'ois quatuor postis coniungitur h'ois*



rium. Cic. sed quid ego te hac hortor? iisdem de rebus etiam atque etiam hortor. Hoc te unum oro. Sed accusatiuus personae interdum supprimitur, ut virg. Vnum oro, doceas iter. Supplicatio datiuo tantum iungitur: ut Deo supplicare.

Supplicatio

Ex his quaedam pro accusatiuo personae, ablatiuum cum praepositione recipiunt: ut, Hanc a me grammaticam amici flagitauerunt. Hoc unum abs te precor, dicitur cum praepositione. Et, Aliquid exigere ab aliquo. Et celo te hanc rem, uel de hac re.

Celo

Ut particula, non autem Quod, subiici debet uerbis rogandi: Caesar, Orat atque obsecrat sibi ut parcat. Et uerbis iubendi: Cic. de Amic. Illud potius praecipendum fuit, ut diligentiam adhiberemus in amicitiiis comparandis. Itemque his uerbis: facio, efficio, fio, curo, laboro, timeo, uereor, metuo, & similia. sed his posterioribus, loco ut, eleganter connectitur ne. Et his dicti-omibus: tam, tantus, talis, adeo, tot, sic, ita, & similibus: quibus barbare subiicitur quod.

Ut

mir

De uerbis uestiendi.

Dicimus latine induo tibi tunicam. Induo mihi, uestem, uel Induo me ueste. Induo subuculam. Duos accusatiuos non reperio. Sed induor passiuo recte accusatiuus additur: ut Thoracem indutus: & Calcem induitur apud virg. lib. 2. Aeneidos. Dicitur latine. exuere aliquem armis, regno, exuere manus uel pedes uinculis, exuere frontem, pudore, hominem, puerum, &c. Exuere se tunica, sarcina, &c.

Virg. Sic ait illarum manus humero simul tenuit dextrae  
Se agro patens mihiq;  
Expulso

Cingere se gladio, cingere urbem muro. Accingi armis, accingere se itinere, operi, praeda, id est, ad iter, &c. Calciatus cothurnis, est apud Plinium. Puel-la puerum uestit. Tabulis uel auleis templi parietes uestiuntur. Natura oculi membranis tenuissimis uestiunt.

Regula tertia.

Verborum mensuram uel spatium significantium constructionem & synecdochen, repetes ex regula prima & secunda adiectiuorum regentium accusatiuum.

hic fit interrogatio  
qua die

Omne uerbum potest admittere accusatiuum, significarem temporis diu-<sup>et fieri spatium</sup> rnitatem: ut, Noctes atque dies patet atri ianua diuis. Nestor uixit tres hominum aetates. Quinquaginta annos natus est. Vel ablatiuum: Plin. Sub uertice arctico nemo sex mensibus uidet solem. Quampridem, quandudum accusatiuum recipere possunt per aduerbium ab hinc. Ab hinc triennium, annis quindecim, duas horas uel horis.

Ab hinc  
ab hinc

Regula

Sp. ubi spatium loci in ante ponitur  
quod nullus passus profuerit. patet in loco quingenta stadia. Latet uel in  
latet dicitur in pede hinc in discessit. Abest ab urbe sex qui milia  
Quidquid hinc quosq; nominis dicitur in ablatiuo  
Abest a continenti quingentis passibus milibus.



## Regula quarta.

Decet, iuuat, delectat, accusatiuum personam significantem recipiunt, etiam cum personaliter capiuntur: & cum impersonaliter ponuntur, etiam infinitiuum: ut decet te hac uestis. Cic. Oratorem irasci non decet, simulare non dedecet. Verbo oportet ita ueteres usi sunt. Cic. Si loquor de Republica quod oportet, insanus existimor. Idem, A populo prateritus est, quē non oportuit, scilicet, praterire. Te adilem fieri oportuisse dicis. Idem, Verū hoc quod iam pridem factum oportuit, dictum non oportuit? Plautus, Hunc hominem malum esse oportet, id est, suspicor esse malum.

Latere admittit accusatiuum uel datiuum. Cic. Nihil moliris, quod mihi latere ualeat. Virg. Nec latere doli fratrem.

Fallere aliquid aliquem, id est ignorare. Terent. Nihil me fefellit. Num me fefellit hocce id struere? Cic. Nisi quod me fallit.

Fugere. Cic. Neque te precepta fugiunt, id est non ignoras. Nihil oratorum effugere possit. Hoc me praterit. Terent. An quicquam Præmenonem pratereat, quod facto usus sit?

## Regula quinta.

Verba composita cum præpositione, sæpe regunt casum suæ præpositionis uel accusatiuum uel ablatiuum: ut, Adiit me, uel ad me. Subire laborem. Transire modum. Transire ad forum. Eicere aliquem domo. Egredi puerilem ætatem. Egredi officio & ordine. Lucanus. Exeat aula, qui uult esse pius. Apud poetis quodlibet ferè compositum uerbum, regit casum suæ præpositionis. Horatius: Nequid medios intercinat ætus. Terent. Ut ab illa extrudat, hac concludat, pro, cum hac claudat. Virgilius: Detrudunt naues scopulo, &c. Subauditur interdum præpositio. Virgil. Italiam fato profugus Laviniaque uenit littora, id est, in Italiam, &c. Plinius: Humi quoque uice pedum serpunt, id est, loco uel in loco. Liuius: Ut cum suam quisque uicem functus officio sit. Posteriora duo exempla imitari tuto licebit, ut illud: cadere causa.

## Regula sexta.

Verbis quibusdam accusatiuus additur per synecdochen ac fere poetice: ut, Rubet faciem. Expleri mentem nequit: de quibus dictum est regula secunda sub capite quinto.

## Regula septima.

Verbis significantibus motū ad locū additur accusatiuus nominū urbium, & uicorū: ut, venit Romā, Carthaginē, Athenas, Montempeffulanū, &c.

Motus ad locū .i. quo quis ibi fuerit

Oportet.

Sic dicimus: Est qui te conuictū cepit.

Latere

fallere

fugere

Præmenonem

v9

Sunt. hinc totius post adpū rēpū, pūda postea in expletis

Virg. Herdū stid rānfa exant, fūiqz dolozō Exndēat qto.



Et Quomodo quid fieri p ablatiu effere.  
 Causa ubi p ablatiu exprimitur.

ORATIONIS LATINAE

refere me domo  
 Ire inficiat, est  
 negare.

Ad eundem modum construuntur rus & domum. Rus ire. Et suppetias  
 ire apud Caesarem. Ire domum, quod etiam numero multitudinis dicitur:  
 Cic. Reliquias suas domos comportarunt. Sed regionum, insularu, & mon-  
 tium nominibus praepositio additur: ut, In Italiam, in Siciliam, in forum.  
 Minoribus etiam locis interdum praepositio additur: Cic. ad Atticum lib. 8.  
 Ad Capuam uel ad Luceriam iturus erat. Et, Ad Brundisium. Insularu no-  
 minibus nonnunquam subtrahitur praepositio: Cic. ad Atti. lib. 11. Filius Cor-  
 cyram uenit. Et, Sardiniam uenit.

Ad ablatiu h' instrum, p'posi-  
 no subin-  
 ob res propter  
 mod' ap' di grati  
 aliq' sub h' h' h' h'

De uerbis ablatiuum regentibus. Cap. 15

Qui inu m'is  
 di plus potest

Ablatiuum in-  
 strumeti gra-  
 matici uocant  
 interdum septi-  
 mum casum.  
 Cause ablati-  
 uis.  
 Modi.

Regula prima. §

Cuius uerbo adiungi potest ablatiuus significans instrumentum, cau-  
 sam, aut actionis modum: ut, Virgis casus est. Cui non potest addi, cum. Pal-  
 let amore. Horret frigore. Rubescit pudore uel praepudore. (nam pra cau-  
 sam interdum notat.) Electitur iratus uoce rogate deus, Ouid. summo nos  
 honore exceptit. Cui addi potest cum: ut, summo cum honore, summa cum  
 latitia, id est latissime nos exceptit.

Annotatio prima.

huc referantur  
 qualia sunt q in exph  
 possunt et imparu  
 gustus. ad h'io

Huc referantur & illa, quae admittunt ablatiuum materiae circa quam,  
 ut uocant: ut, uiuere paruo. uiuere uel uictitare lacte. Pascere equum fe-  
 no. Verba onerandi & exonerandi. Onerare preceptis aliquem, imbuere.  
 Exonerare aliquem metu. Virg. Ego hoc te fasce leuabo. Armare se armis,  
 artibus, &c. Ornare munus uerbis. Exornare ueste uaria. Donare ciuitate.  
 Afficere aliquem honore uel gloria, stipendio, iniuria, &c. Prosequor te a-  
 more, beneuolentia, odio, contumeliis, &c. Persequi aliquem bello, armis,  
 odio. Delectari carmine. Oblectare se iucundis fabulis, sternere humu gra-  
 mine, floribus, uestibus, &c.

ad h'io  
 ablatiuos a se  
 possunt fore  
 Cas. Diuini va sp h' h' h'

Annotatio secunda.

Materia ex qua res conficitur, in ablatiuo ferè ponitur accedente praepo-  
 sitione: ut, Opus ex marmore factum. Plautus, E ferro fabrefactum est.  
 sine praepositione: Virg. Viminibus, mollique paras detexere iunco.

Annotatio tertia.

Ablatiuum haec quoque postulant: vescor, fungor, defungor, utor, fruor,  
 fretus, dignor, potior: ut lacte, caseo, carne uesci. Officio fungi, defungi pe-  
 riculis, munere, fato, &c. Teret. scisti uti foro. Presentibus fruitur sapiens.  
 Deo fretus. Innocentia fretus. Virg. Haud equidem tali me dignor honore.  
 potior tribus casibus iunctum reperitur, ablatiuo, genitiuo, & accusatiuo:  
 significatque



significatque obtinere, capere, & interdum frui. Cic. offic. 3. Aut victoria, ut qui bello potiti sunt. Presentibus potiri. Idem: Et in nostra ciuitate & in ceteris, quæ rerum potita sunt. Caesar: Hostium uiuorum potiti sunt, id est, uiuos ceperunt. Idem: Partim uiuis potiti sunt. sic, provincia potitus est, id est, cepit. Caesar: oppidum potiri, id est, capere. Terent. Potitur gaudia, id est, fruitur. sed usitator est ablatiuus, & genitiuus rerum.

Regula secunda.

Verba emendi, & uendendi, & permutandi, qualia sunt, emere, mercari, uenire, licere, liceri, uendere, addicere, constare, quibus etiam additur ualere, regunt ablatiuum significantem pretium: ut, Indicat librum tribus sestertiis. Emit duobus. Magno reuendet. Magno uel paruo uel nimio constat.

Aureus nummus ualet sestertius uicenis, Plin. Cic. Emi propè dimidio carius quam aestimabat. Nimio emisti. Talento emi. Asse emi. Mea pecunia comparauit. Plautus: Omnia licebunt presenti pecunia. Idem: Quibus pretius porci ueneunt, id est, uenduntur? sed exigunt hos genitiuos, tanti, quanti, cum compositis, pluris, & minoris, si substantiue capiantur: ut, Ne minoris uendas quam ego emi. Quam emi potest minimo, quam uendi potest plurimo.

Terent. Ut te redimas captum quam queas minimo: si nequeas paululo, at quanti queas. Adiciuntur enim hæc sepe sine substantiuis, minimo, plurimo, nimio, dimidio, duplo, paulo, uili, suero. Amplissima prædia minimo ad dicit, id est, licitantibus concessit. Cic. Atebat se tantidem aestimasse, quanti aliqua sacerdotem. Quod si adiectiue capiantur illa superiora quatuor, & substantiuo adiciantur, in ablatiuo ponentur: ut, Alibi minori pretio non emes. Iuuenalis: Quanto metiris pretio. Terent. Quam minimo pretio uoluptatem suam expleant. Per aduerbia dicimus: Emere uelius, carius. Ad hunc modum & uerba aestimandi construuntur: ut, Virtus aestimari pecunia non potest. Plin. Illos qui frugiferas tantitaxauerant, id est, pretio aestimauerant. Huc referuntur & alia: ut Magno docet, minis octo, aut eo pluris, certe non minoris. Lucanus: Aere merent paruo.

Regula tertia.

Verba copiam uel inopiam significantia recipiunt ablatiuum: ut, Abundo, affluo, exubero, scateo, & c. Egeo, indigeo, careo, deficio: ut, Abundare præceptis & institutis philosophiæ. Egere medicina. sic dicitur, supersedere labore. Ex his quedam etiam genitiuo iunguntur, ut egeo, & indigeo frequenter: cõpleo, & impleo rarius: ut, Egere cõsiliij. Indigere celeritatis. Plaut. Complebo ego illos erroris & dementia. Virgil. Implentur ueteris bacchi,

*popor*  
*ualue*  
*quas. quas. in emi*  
*quod interest est*  
*Sub tanti, com-*  
*prehende tan-*  
*ide: sub quati,*  
*quanticunque,*  
*& c.*  
*de tanto / dicitur hinc et*  
*hinc / 1. prout utrum p*  
*est / 2. prout utrum p*  
*est / 3. prout utrum p*  
*est / 4. prout utrum p*  
*est / 5. prout utrum p*  
*est / 6. prout utrum p*  
*est / 7. prout utrum p*  
*est / 8. prout utrum p*  
*est / 9. prout utrum p*  
*est / 10. prout utrum p*  
*est / 11. prout utrum p*  
*est / 12. prout utrum p*  
*est / 13. prout utrum p*  
*est / 14. prout utrum p*  
*est / 15. prout utrum p*  
*est / 16. prout utrum p*  
*est / 17. prout utrum p*  
*est / 18. prout utrum p*  
*est / 19. prout utrum p*  
*est / 20. prout utrum p*  
*est / 21. prout utrum p*  
*est / 22. prout utrum p*  
*est / 23. prout utrum p*  
*est / 24. prout utrum p*  
*est / 25. prout utrum p*  
*est / 26. prout utrum p*  
*est / 27. prout utrum p*  
*est / 28. prout utrum p*  
*est / 29. prout utrum p*  
*est / 30. prout utrum p*  
*est / 31. prout utrum p*  
*est / 32. prout utrum p*  
*est / 33. prout utrum p*  
*est / 34. prout utrum p*  
*est / 35. prout utrum p*  
*est / 36. prout utrum p*  
*est / 37. prout utrum p*  
*est / 38. prout utrum p*  
*est / 39. prout utrum p*  
*est / 40. prout utrum p*  
*est / 41. prout utrum p*  
*est / 42. prout utrum p*  
*est / 43. prout utrum p*  
*est / 44. prout utrum p*  
*est / 45. prout utrum p*  
*est / 46. prout utrum p*  
*est / 47. prout utrum p*  
*est / 48. prout utrum p*  
*est / 49. prout utrum p*  
*est / 50. prout utrum p*  
*est / 51. prout utrum p*  
*est / 52. prout utrum p*  
*est / 53. prout utrum p*  
*est / 54. prout utrum p*  
*est / 55. prout utrum p*  
*est / 56. prout utrum p*  
*est / 57. prout utrum p*  
*est / 58. prout utrum p*  
*est / 59. prout utrum p*  
*est / 60. prout utrum p*  
*est / 61. prout utrum p*  
*est / 62. prout utrum p*  
*est / 63. prout utrum p*  
*est / 64. prout utrum p*  
*est / 65. prout utrum p*  
*est / 66. prout utrum p*  
*est / 67. prout utrum p*  
*est / 68. prout utrum p*  
*est / 69. prout utrum p*  
*est / 70. prout utrum p*  
*est / 71. prout utrum p*  
*est / 72. prout utrum p*  
*est / 73. prout utrum p*  
*est / 74. prout utrum p*  
*est / 75. prout utrum p*  
*est / 76. prout utrum p*  
*est / 77. prout utrum p*  
*est / 78. prout utrum p*  
*est / 79. prout utrum p*  
*est / 80. prout utrum p*  
*est / 81. prout utrum p*  
*est / 82. prout utrum p*  
*est / 83. prout utrum p*  
*est / 84. prout utrum p*  
*est / 85. prout utrum p*  
*est / 86. prout utrum p*  
*est / 87. prout utrum p*  
*est / 88. prout utrum p*  
*est / 89. prout utrum p*  
*est / 90. prout utrum p*  
*est / 91. prout utrum p*  
*est / 92. prout utrum p*  
*est / 93. prout utrum p*  
*est / 94. prout utrum p*  
*est / 95. prout utrum p*  
*est / 96. prout utrum p*  
*est / 97. prout utrum p*  
*est / 98. prout utrum p*  
*est / 99. prout utrum p*  
*est / 100. prout utrum p*



pinguisque ferina. His addantur uerba euacuandi, priuandi, liberandi, &c. ut, Purgo sordibus. Exhaustior uiribus. Libero te laboribus. Liberare se à calumniis hominum sceleratorum.

Regula quarta.

Omne uerbum passiuum & passiuè significans, recipit post se ablatiuum iunctum prepositioni à uel ab. ut, Laudatur ab his, culpatur ab illis, Magni fit ab eruditis. Praestat à ciuibus spoliari quam ab hostibus uenire. Ablatiuus hic sepe uertitur in datiuum: ut, Nulliusus est, id est, à nullo. Eadem syntaxis est & eorum quæ significationem habent accipiendi, recedendi, distandi, differendi, separandi: ut, Accepi à patre. Terentius: Pater esse discere ab his qui uere sciunt. Nunquam discedit à latere præceptoris. Quinque milia passiuum distat ab urbe. Plinius: Curandum est ne milites à signis absint. Differt uel discrepat hoc ab illo. separatur uel distinguitur, &c. Abhorret à matrimonio. Mereri quoque aliquem dicimus de aliquo, bene uel male: ut, Bene de te meritus sum. Et Virgilius: Si bene quid de te merui, &c. Interdum ablatiuus quibusdam uel prepositionis additur: ut, Magna spe decidi. Exulo patria, &c. De quo supra dictum est sub cap. 14. regula quinta.

*Nulla plebs  
dicitur, ut  
vini rana  
aque potibus  
Sordibus uero  
sordibus, et hostibus  
uictor*

Regula quinta.

Omne uerbum admittit ablatiuum significantem speciem temporis, cum sit interrogatio per quando: ut scripsi epistolam superioribus diebus, multa nocte, hora duodecima, &c. Ponitur id temporis per eclipsin prepositionis per, pro eo quod est, per id tempus. Dicimus etiam, de die, de nocte.

*Quid feceris aut  
farres & ablatiu effere*

Regula sexta.

Verba quæ uim comparationis habent, ablatiuum recipiunt, qui modum seu mensuram superandi significat: ut, Dignitate præstat, autoritate, eruditione, &c. quæ regula secunda supra sub cap. 7. posita est.

*Anglo superat  
Malis & per rancore  
admittere*

Annotatio.

De uerbis quibus ablatiuus per synecdochen additur regula secunda posita est sub cap. quinto.

*Quis rapit, rades  
dedit, ut postea dicit  
& artem, sed quæ cum  
subest faris, uenit rancore*

*Vñ quis uenit, vel qua  
quis uer faris*

Regula septima.

Verba motus à loco, uel per locum requirunt nomen proprium oppidi aut uici in ablatiuo: ut, Rediit Roma, Carthagine, Athenis. Quibus adduntur, rure, & domo. Cic. Iter Laodicea faciebam. Curt. Mileto transierant. Et cum prepositione: Liuius. Terrestres per Megaram excursions non fiebant. sed regionum

*1. q in qto apponitur  
1. qonbat quid in loco*



regionum, insularum ac montium nominibus prepositio additur: ut, ex Italia, per Germaniam, &c. Et, ex foro, per forum. Prepositio per cum casu, interdum per ablatiuum effertur. Pli. Tota Italia uagatos. Terra ac mari: dexetra leuaque.

Regula octaua.

Ablatiui duo ponuntur absolute, quorum alter fere participium est, & interdum nomen: ut, Dicente Cicerone, uel suadente, uel orante, Catilina fugit. Absoluto prandio deambulabimus. Cicerone Consule Roma à conuersione liberata est. Me suatore atque impulsore. Dicimus etiam iussu meo, tuo iussu uel iniussu. soluitur autem ille ablatiuus fere per particulas tempus significantes: ut sunt quado, quoad, cum, &c. Inuenitur & unus ablatiuus absolute positus: Horat. Excepto, quod non simul esses, cetera latus. Salust. Audito, Regem in Siciliam tendere.

De participiis, supinis & gerundiis, quam constru-

tionem post se recipiant.

Cap. 16

**P**articipium, supinum, & gerundium seruant post se casum sui uerbi, eiusdem significationis: ut, Audio, audiens, auditurus, audire uolens docentem. Eo auditum preceptorem, uel ad audiendum preceptorem. Auditus à me professor, & sapius audiendus est. Virg. Et quæ tanta fuit Romam tibi causâ uidendi? utendum est. etate. Parcendum supplicibus. Pro exorandus à me, sapius reperitur mihi. Terent. Restat Chremes, qui mihi exorandus est.

Annotatio.

Participia uerborum substantiuorum, uocatiuorum, & similem uim habentium, nominatiuum post se recipiunt, tum etiam, cum uocatiuus precessit. Plin. salue primus omnium parens patriæ appellate. sic: O puer future uir bonus & doctus. Ablatiuo iunguntur: Natus, prognatus, fatus, generatus, creatus, cretus, ortus, editus. Virg. Nate dea, quo fata trahunt retrahuntque sequamur. Bona bonis prognata. sate sanguine diuum. Anchisa generate. Fortes creantur fortibus. Venus orta mari. Terra editus.

De supinis,

quam constructionem ante se admittant.

Priora supina aeternè significant, adiungunturque uerbis motus ad locum. Virg. Scitatum oracula v'habi mittimus. Terent. Hæc est quam miles à me nunc ereptū uenit. Salust. in Iugur. Ne ignoscendo malis, bonos perditū

*Handwritten notes in Latin:*  
 Quam p aliqua pte sin dia, ut si qua uerba  
 vllar i par  
 effugit /  
 Audito  
 Participium  
 et Mulieris ornat pte in uise  
 de qua mulieris  
 ornat se p uideat  
 et dicitur  
 prima supina uolunt uerbum  
 quod signat uerbi  
 Motu, atq; actum  
 post se rufus, uerbum  
 pro se habet in respon



eatis. Cic. lib. 3. de Oratore: Admonitum uenimus & non flagitatum. Linius lib. 3. Venerunt questum iniurias & res repetitum. Horat. Spectatum ueniunt: & interdum spectaturus. Ire pransum, coenatum, cubitum, & c. Vennum dare, dare filiam nuptum, latentem habere motu quidam uolunt: certe haec nullum habent: Terent. vbi ubi erit, inuentum tibi curabo, & mecum adductum tuum Pamphilum. Et huic mandes, si quid recte curatum uelis. Et mansum oportuit. Volunt supina etiam absolute poni cum uerbo est: ut, dictum est, cessatum est: sed haec iam praeterita perfecta sunt impersonalia. Sape leguntur infinita uerbis motus ad locum adiuncta pro supinis. Plautus: Parasitus uenerat modo aurum petere. Cic. lib. 13. ad Atti. Misi equidem ei nunciari. Linius: Se missos rogare Annibalem, ut & c. Sed hoc dicendi genus poetis est usitatum.

*passive signat populus  
suprema supina  
pro adiectiuis populis  
non recte*

Posteriora supina adiectiuis quibusdam subiiciuntur, & fere passiuè significant. ut Turpe dictu, factum usu, id est, ut uideatur. Relatu incundus. Cic. Valer. Max. lib. 4. Ardua imitatu, ceterum cognosci utilia. Hic infinitiuis est loco supini, ut & in his: Fab. lib. 10. Lyricorum Horatius fere solus legi dignus. Plin. lib. 19. Facilia concoqui. Idem lib. 7. paruum dictu, sed immensum estimatione: vbi uerbale etiam pro supino accipitur.

*Cur. Et quod dicitur quod horribile videtur  
Vindis sanguinis tempore*

De gerundiis

Quam ante se constructionem admittant.

Gerundia in di. Gerundiis in di preponuntur quaedam substantiua, ut tempus, locus, studium, uoluntas, amor, copia, facultas, aliaque multa: ut, Faciam tibi copiam inspiciendi libri, facultas dicendi, Amor & Studium discendi, & c. Et quaedam adiectiua: ut, Cupidus tui uisendi, redeundi domum. Poeta infinitiuum gerundij loco usurpant. Virg. Studium quibus arua tueri. Audax omnia perpeti: de quo supra annotatum est sub cap. 10. regula prima.

*Et plerumque simi Trosi  
non  
eos accusando, illos occidendo  
sola ciuitate laeti factasi*

Gerundia in do. Gerundiis in do preponuntur quaedam prepositiones ablatiuum regentes, ut in, de, e, uel ex, a uel ab. In tribuendo suum cuique uersatur iustitia. & in agro colendo. Cic. quae de nihil sentiendo paulo ante dicta sunt. Idem: Quis est tam in scribendo impiger quam ego? De apte dicendo, & de magistratu eligendo. Ex defendendo maior gloria quam ex accusando paratur. Cic. A dicendo deterrent. Amor ab amando dictus est. Raro transituè ponuntur haec gerundia. Cic. lib. 6. ad Atticum: De relinquendo ea quae me impugnabant. Et lib. 3. Tusc. Inuidia uerbum ductum est a nimis intuenso fortunam alterius. Linius lib. 10. Lacescendo quietos, resistentibus cedendo, & c. Plin. lib. 34. Capillum exprimendo, & capita minora faciendo, & c.

Quintil.



Quintil. Copiam cum iudicio consequemur, optima legendo atque audiendo. Hoc gerundium etiam absolute ponitur. Virg. Superanda omnis fortuna ferendo est. Fab. sed memoria excolendo, sicut omnia augetur. Gerundius in dum præponuntur quedam præpositiones accusatiuum regentes, ad, inter, ut, Ad manum atque ad pugnam ea res ueniebat. Cic. Neque res ulla que ad placandū deos pertineret, prætermisa est. Plin. Singulare remedium habent ad refrigerandum in morbis corporum ardores. Tacitus: Legatos percussa gens ad satisfaciendum populo. Ro. miserat. Inter scribendum, agendum, inter coenandum audiui. Cic. Ob tacendum, ob absoluendum. Virg. Ante domandum. Fabius: sed plus eloquentia circa mouendum ualet. Ponitur hoc quoque gerundium absolute cum datiuo & uerbo est, & necessitatē significat: ut, Abeundum est mihi, id est, necesse est abire. Et cum casibus post se. Respondendum est mihi aduersario. Carendum libro, &c. Quod est apud Virgilium: Pacem Troiano à rege petendum, id rarum est, & tamen Ciceroni usurpatum in Catone: Tanquam uiam longam nobis quoque ingrediendum sit. sæpius Varroni, Lucretio, Plauto.

Gerundia in dū.

## Annotatio de gerundiis.

Participialia nomina, que gerundiua nominantur, omnes habent casus & genera in utroque numero tanquam nomina adiectiua: ut, Mater est uisenda. Matr̄is uisenda gratia domum profectus est. Auarus congerēda pecunia studet. Ad pecuniam accipiendam uenit. Prodigus absumendis opibus indulget. Legendis libris eruditio paratur. suntque hæc sæpe uenustiora gerundiis.

## DE ADVERBIO. Cap. 17.

**A**duerbia iunguntur uerbis, uel participiis, uel nominibus, & interdum aliis aduerbiis: ut, Parum perpendit. Temere iudicans. Valde stupidus. Admodum puer. Bene manē.

## De constructione aduerbiorum.

## Regula prima regentium genitiuum.

Genitiuum regunt aduerbia quedam quantitatis: ut, satis, parum, partim, affatim, abunde. Virg. Fraudis abunde. Linius: Affatim lignorum. Cic. Eorum partim in pompa, partim in acie illustres fuerunt, pro, quidam. *partim*



*In* Item, in star: Cic. Plato mihi unus est instar omnium. Et, Epistola uolumi-  
 minis instar. Aduerbia item quadam loci & temporis cum genitiuis con-  
 struuntur. Cicero: vbi terrarum sumus. Plautus. Nusquam gentium. eo loci.  
*pridie* Interea loci. Pridie & postridie eius diei. vel sine casu. Plautus: Pridie ca-  
 neat ne faciat, quod se pigeat postridie. Et, Pridie uel postridie quàm di-  
 scessisti. vtrunque etiam per eclipsim præpositionum ante & post cum ac-  
 cusatiuo iungitur: ut, Pridie & postridie nonas, idus iunias. Postridie Mar-  
 tinalia. superlatiua nominum suorum constructionem recipiunt, ut maxi-  
 mè omnium.

## Regula secunda regentium datiuum.

*obuiam* Datiuum admittunt aduerbia quadam deducta à nominibus adiecti-  
 uis datiuum regentibus. Horat. Viuere natura si conuenienter oportet.  
 Obuiam alicui ire, proficisci, properare, currere, egredi, &c. ab adiectiuo  
 obuius.

## Regula tertia regentium accusatiuum.

*Virgilius, En* En & ecce nominatiuum uel accusatiuum admittunt: Virg. En Priamus.  
*quo discordia* En agros. En paridis hostem. Et sine casu: Terent. En unquam cuiquam con-  
*cines Perduxit* tumeliosius audistis factam iniuriam? Ecce Antonius. Ecce autem alterum.  
*miseros.* Ouid. Ecce Corinna uenit. Hac particula in rebus improuisus utimur: ut,  
*ppij* Ecce tibi, & ecce autem. Cic. Ecce tibi & Bruti & tua litera. Propius &  
*ppm* proxime accusatiuum recipiunt, ut propè. Cic. propius urbem. Et: operã dat,  
 ut quàm proxime Italiam sit. virgilius dixit, propius stabulis.

## Regula quarta regentium ablatiuum.

Ablatiuum rei superat & postulant aduerbia comparatiui gradus: Quin-  
 rilianus. Nihil peius est iis, qui paulum aliquid supra primas literas progres-  
 si falsam sibi scientiã persuasionem induerunt. Atque hi comparatiui cum  
 aliis quibusdam, etiam modi seu rationis superandi ablatiuum recipiunt.  
 Terentius: Triginta dies aut plus eo, in nauis fui. Minus horis tribus. Duo-  
 bus numis minus est. Terent. Cui minus nihilo est. vbi adbibit plus paulo.  
 Longe aliter. Multo antè. Paulò post. Longo post tempore uenit.

## DE CONIUNCTIONE. Cap. 18.

Coniunctionum officium est, connectere dictiones & sententias. Co-  
 pulatiua & disiunctiua, similes uel dissimiles casus coniungunt: ut,  
 Mei parentes & tui. Liber tuus & fratris. Cicero: Neque enim prudentio-  
 rem



rem quenquam ex tuis, neque fide maiore esse iudico, neque amantiorem tui. Modos similes, non etiam tempora. Terent. Et tedet, & amore ardeo. Aut bibe aut abi.

Ergo siue coniunctio, siue aduerbium, genitiuo constructum legitur, pro causa: ut, illius ergo, virtutis ergo.

DE PRAEPOSITIONE. Cap. 19.

**P**raepositiones circiter triginta accusatiuum requirunt: ut, ad, apud, ante, &c. ut, Venit ad me. Apud me est, uel sedet, &c. illud ad locum, hoc in loco significat. Intra duos annos uel menses, non infra. Refertur enim infra ad locum & dignitatem, intra ad tempus: ut, Infra tectum, infra dignitatem tuam. Quindecim, uolunt ablatiuum: ut a, ab, abs, &c. ut A Cicerone scripti sunt libri sex de Republica. Ab illo. Ab Ioue. Non ab re fuerit, uel haud abs re. Abs te, &c. Additur procul. Quatuor accusatiuum uel ablatiuum recipiunt, ut in, sub, super & subter, sed diuersa fere significatione.

Vide institutio-  
nes, & enume-  
ratione repete  
ex rudimentis.

*Dena mlti.  
mlta et infra*

Cic. Ex amore  
nominata est  
amicitia.

In.

In exigit accusatiuum, cum motum ad rem significat: ut, Redire in Hollandiam. Cogitare iter in Galliam. Ablatiuum uero, cum in re uersari significat: ut, In conclauis sedere. Praeterea in, seruit accusatiuo, cum significat ad, erga, & contra, uel pro: ut, Commoda mihi codicem istum in hoc biduum, uel in duos dies. Est in rem tuam. Amor in te meus. In uectiua Ciceronis in Catilinam. Annuaduertere in sceleratos, &c.

Sub.

Sub requirit accusatiuum cum significat motum: Virg. Postesque sub ipsos nituntur gradibus. Vel cum ponitur pro circa uel ante: ut, sub uesterum porta clauduntur, sub coenam uel prandium, &c. id est ante. sub coena, id est inter coenandum. Ablatiuum, cum in loco uersari significat: ut sub arbore. Sub dio. Sub Ioue frigido, Horat.

Super & subter.

Super & subter accusatiuum postulant, cum motum ad locum significant: ut Virgilius, Super Garamantas & Indos Proferet imperium, id est, ultra. Alpheus occultam egit uiam subter mare in Siciliam. Accusatiuum & ablatiuum recipiunt, cum situm in loco significant, sed magis accusatiuum, extra carmen: Cic. Super terrae tumulum noluit aliquid statui. Virg. Fronde super uiridi. Super pro de, cum ablatiuo iungitur: ut, Multa

Super accusa-  
tino iungitur:  
Sed cum abla-  
tino pro de, po-  
nunt.



ORATIONIS LATINAE

superdriamo rogitans, super Hectore multa, super hac re scribam ad te. Cic. Plato iram in pectore, cupiditatem subter praecordia locauit. Virgilius: subter testudine.

Præpositiones ablato casu sunt aduerbia. Cic. Draco serpit subter, supraque reuoluens sese.

DE INTERIECTIONE.

**H**Ei & uae datiuus iunguntur: Terent. Hei misero mihi. Virg. Hei mihi qualis erat, &c. Martialis: Carpere causidicus fertur mea carmina, quis sit Nescio, si sciero, uae tibi causidice.

Et sine casu. Virg. Mantua uae misera nimium uicina Cremona.

Accusatiuo iunguntur uel nominatiuo: heu, pro, & o, & duo posteriora etiam uocatiuo: Cic. Heu me infœlicem. pro deum atque hominum fidem. pro Iuppiter supreme. O te infœlicem. uel, Virg. Heu pietas, heu prisca fides. Terent. pro dij immortales. O domus antiqua. O Iuppiter, &c. Terent. Quin tu mihi argentum cedo, id est, da. cedo quemuis arbitrum, id est exhibe. Apage te. Hem cum nominatiuo: Terent. Hem puer, hercule puer est. Cum datiuo: Hem tibi. Cum accusatiuo: Hem Dauum tibi. Cum uocatiuo: Hem mea lux. Eheu accusatiuo iungitur: Cic. Eheu conditionem huius temporis. Terent. Eheu me miserum. Sic apud Terentium ah: Ah me miserum. Inuenitur interdum accusatiuus exclamationis, interiectione subaudita, ut Me miserum, scilicet o uel heu. Indignum facinus.

De ordine grammatico pueris prescripto, quo latine constructa uerborum periodus, interpretationis euidentioris gratia soluitur.

**S**I uocatiuus erit, ab eo primum incipienda sententia est. Hinc statim ueniendum ad nominatiuum, & huic si quid ab eo regatur, addendum est. Tum ad uerbum, si personale erit. Ut hac Catonis sententia in libello Ciceronis de senectute: Aptissima omnino sunt scipio & Lali, arma senectutis, artes, exercitationesque uirtutum, &c. ita collocatur ordine grammatico: O scipio & Lali, artes & exercitationes uirtutum, sunt omnino aptissima arma senectutis. sin impersonale uerbum est, ab hoc statim initium faciendum est ordinis grammatici, quemadmodum & ab accusatiuo, quem ante se requirit infinitiuus, ut Haec Ciceronis uerba in primo li-

bro

Heu primum & quatuor  
sed heu & ut dant  
hbi hem

cedo



bro de officiis. Hæc præscripta seruantem, licet magnifice, grauius, animoseque uiuere, sic ordinantur: Licet seruantem hæc præscripta uiuere magnifice, &c. Et hæc: Miserum est fuisse fœlicem, sic collocantur: fœlicem fuisse est miserum, &c. In quauis structura cum nulla sine uerbo perficiatur oratio, ante omnia quærèdum est uerbum, & quid huic uel præpositum uel postpositum sit, uidendum. sunt & alia multa præter uocatiuum, à quibus orationem ordiri licebit: ut sunt aduerbia uocandi, hortandi, optandi, demonstrandi, prohibendi. Et uoces interrogatiuæ: ut, Quem uidisti? ubi uidisti? Tum coniunctiones multæ, & interiectiones omnes. Præterea alia multa: ut, cum, dum, quando, quandoquidem, donec, &c. Ut, O Pamphile salue. Age dic. O si recuperari tempus elapsum possit. Ne iures. Velis, quod possis. Donec eris fœlix multos numerabis amicos, &c.

Annotationes ad syntaxeos regulas.

In tres concordantium regulas, primam, secundam, & tertiam.

De syllepsis seu conceptione.

Syllepsis seu conceptio duplex est, generum & personarum. Syllepsis generum dicitur, cum diuersi generis & sexus substantiuis copulatiua coniunctione sociatis, additur adiectiuum plurale digniori generi congruū: ut, Pater & mater sunt amandi, quos honorare iubemur. Parentes mei sunt defuncti.

Hæc implicita conceptio dicitur, in qua substantiua non explicantur, sed in aliqua uoce intelligitur: sic, Nudus uterque fuit, id est, Adamus & Eua. Latona peperit gemellos, id est, Apollinem & Dianam.

De substantiuis rerum inanimatarum.

Duo inanimata generis eiusdem uel diuersi, adiectiuum uel relatiuum plurale neutrum postulant: ut, Cælum & terra sunt à Deo condita. Duobus tamen eiusdem generis substantiuis, adici potest etiam plurale simile: ut, Codex & culter meus sunt amisi, quos nondum recuperavi. Quod si tantum substantiuorum alterū significet sexum, alterum rem inanimatam, adiectiuum uel relatiuum plurale fere masculino genere adicitur, per syllepsim generum. Cic. lib. 1. officiorum: Propter summam & doctoris auctoritatem & urbis, quorum alter te scientia augere potest, altera exemplis.

De conceptione personarum.

Conceptio personarum est, cum diuersæ personæ substantiuis, seu suppositis & coniunctione colligatis, apponitur uerbum plurale digniori personæ

*Inueni non substantiuum  
anaphoræ. Dicitur enim  
quod si ad hunc est  
in gubernetur propinquit  
substantiuum, et sic est  
Eulugia*

*Verbum plurale requirit ut sit una propositio / P  
Sa. n. Inna est inter adceptionem et Eulugia  
in adceptione una sit propositio, in Eulugia  
in adceptione una sit ad hunc respectum digniori et unitate  
ut nec dicitur nec una dignitate sit, in Eulugia. Plur uel adiectiuum  
reperit uidet proprii substantiuum, ut hinc filius arma, hinc curus fuit.  
habere fuit, et ego.*



congruum: ut, Ego & tu tanto oneri sumus impares. Virg. spolia ampla refertis tuque puerque tuus. Nos & omnes mortui sistemur ante tribunal Christi.

## De Zeugmate.

Zeugma fit, cum sententia plures uni uerbo uel adiectiuo connectuntur. Estque tacita uerbi uel adiectiuo ad rem propinquire adiunctio. Zeugma item ut syllepsis duplex est, eo tantum discrepans, quod in syllepsi superposita coniunctim, hic disiunctè construuntur.

## De Zeugmate per adiectiuum.

Zeugma, quod fit per adiectiuum, est, cum tribuitur adiectiuum alteri substantiuorum coniunctione copulatum genere uel numero discrepantium, eique uiciniore, & tacite ad alterum refertur: ut, Non est expetenda gloria, neque diuitia. Virg. Caper est tibi saluus & hœdi, scilicet sunt salui.

## De Zeugmate per uerbum.

Zeugma quod fit per uerbum, est, cum uerbum tribuitur alteri substantiuorum persona uel numero discrepantium, quod est propinquius. Non aurum foeminam exornat, sed mores boni. At, si per aduerbium similitudinis uel per quam, Zeugma fiat, adiectiuum uel uerbum in fine positum, priori conuuet, nõ uiciniore: ut, Cic. Hoc tempore, nihil magis ego quam uos subsidio Domitio ire possum. Terent. Talem filium nulla nisi tu pareret, &c. Aliter interdum poetæ loquuntur: Virg. Nihil hic nisi carmina defunt. Et aliquando Cic. Nec minus intelligo me uobis quam uos mihi esse iucundos.

## De prolepsis.

Prolepsis dicitur, quum dictio generalis numero ferè plurali præcedens, rursus in partibus singularibus intelligitur: ut, Omnes student, hic scientia, ille pecunia, alius uoluptati, scilicet studet. Prolepsis est aliquando implicita, cum totum in uerbo subauditur. Terent. Curemus equam uterque partem. Figuram fecerunt, quod hic totius & partium in distributione discordia esse uideatur. Verbum enim uel adiectiuum repetitum in partibus numerum suum mutat, ut improbi sunt multi, alius natura, alius educatione. si totum pluralis tantum numeri sit, eiusdem & partes esse debent: ut, Binas à te literas accepi, alteras Lutetiae datas, alteras Louanij. sin utrunque habet numerum, singulariter apponentur partes: ut, scripsi duas epistolas, alteram breuem, alteram bene longam.

## De synthesi.

Interdum adiectiuum, relatiuum, uel uerbum ad sensum & rem significatam



catam magis refertur, quàm ad uocem. Liuius: Maxima pars ab equitatu in flumen acti. Terentius: Vbi illic scelus est, qui me perdidit. Virg. Pars in frustra secant. Id autem ideo fit, quia nomina collectiua numero singulari multitudinem significant, & ex eo plurale uerbum recipere posse uidentur.

Albula pota deo; id est albula fluij aqua. Hanc figuram syntheses uocauerunt, poetis & historicis usurpatam, non oratoribus.

Sed hæc dicuntur usitate: hoc genus, id genus, &c. pro eius generis. Et, Terent. id ne estis autores mihi? Id temporis pro eo tempore. id atatis & istuc atatis apud Terent. pro, ea atate.

In concordantium regulam secundam annotationem secundam.

Illud Horatianum notandum est, non imitandum: Mammaeque putres, equina quales ubera, pro qualia. Nam qualis, quantus, &c. sequenti substantiuo congruunt, ut dictum est.

Relatiuum interdum totam orationem refert neutro genere. Terent. in tempore ad eam ueni, quod rerum omnium est primum: quod, nempe, tempore uenire.

In regulam tertiam concordantium.

Verbum semper concordat cum pronomine aut expresso aut intellecto: ut Ego letus cano, tu tristis taces. Nos leti canimus, uos tristes lugetis. Virgilius: Coram quem quaeritis adsum Troius Aeneas. Atque hæc est figura, quam grammatici euocationem uocant, quæ dicitur explicita, quum exprimitur pronomen, implicita quum reticetur.

In quintam concordantium regulam. Flumen Rhenum apud Horatium. Flumen Rodanum apud Casarem. Vrbs Butroti & Patauij. Fons Tirmaui apud Virgilium. Arbor fici apud Ciceronem, per antiptosim dicta uidentur, & rara sunt.

Duabus de causis in appositione seu epexegesi substantiua ponitur in diuerso numero: uel, cum alterum est plurale tantum unius rei, ut urbs Athenæ: uel, cum est alterum collectiuum nomen, hoc est, singulare plurium, ut Aborigenes genus hominum agreste.

In regulam primam capitis 2. suppressitur interdum substantiuum alterum. Terent. Vbi ad Dianæ ueneris, subauditur, eadem.

Nonnunquam duo genitiui eidem nomini adduntur. Cic. Iamne sentis belua, quæ sit hominum querela frontis tuæ?

In secundam regulam substantiuorum regentium genitiuum. Pro eo quod nonnulli dicunt, Quot annorum es? octo uel decem annorum,

*Ingratio*  
 Ois rti, sit 3a. *Flona pter Ego nos*  
 tu. Vos. *Qua huius? & psona ducrat*  
 ad se uerbo. ad uerbu  
 & 2<sup>a</sup> psona. & ibi  
 sit Quoratio. q. u. i. m. i.  
 suppositum, d. i. n. d. y. d. e. n.  
 psonam ad p. b. u. i. & f.  
 2<sup>a</sup> ac psona q. reformata  
 se ad psona ducrat  
 & no. Quorata.



nos melius & usitatius dicemus: Quot annos natus es? Puer est octo uel decem annos natus. Neq; dicemus unius, duorum uel trium annorum, sed anniculus, bimus, trimus, &c. Usurpantur etiam partitiue quidam Positiui: Pl. Vulturum praeualent nigri. Sola auium.

In regulam secundam regentium datiuum. Discernuntur à nominibus participia in dus, quòd nomina tempore careant, & exponuntur per uerbum debet, uel oportet, uel per nomē dignus: participia futurum tempus significet.

In regulam sequentem. Interdum mensurae nomen in genitiuo ponitur. Columella: Areas latas pedum denum, longas pedum quinquagenum facito.

In regulam ultimam adiectiuorum. Opus esse, opus est, cum genitiuo rarius est. Ouidius: Non minor est uirtus quam quærere, parca tueri: Casus inest illic, hic erit artis opus. Dignus quoq; & indignus genitiuo iuncta reperiuntur. Cic. de aruf. resp. dignum huius imperij dicit. Virg. indignus auro. Olim absente & presente utriq; seruebant numero. Terent. Nescio quid profecto absente nobis turbatum est domi, pro, absentibus nobis.

In caput 8. de pronomine. Possessiuam pronomina praeter hoc genitiuos ipsius, solius, &c. admittunt interdum genitiuos nominum substantiuorum. Liuius: Quod meum factum dictumue Consulis grauius, quam Tribuni audistis?

De uerbis ante se nominatiuum exigentibus. In his uerbis aiunt, ferunt, &c. nominatiuus intelligitur, subauditur enim homines. Sunt qui dicant, scilicet homines. Quaedam sunt impersonalia similia, ut pluit, ningit, rorat, fulgurat, coruscat, grandinat. Lucet, lucescit, dilucescit, uesperascit, aduesperascit, &c. In caput, De uerbis post se nominatiuum regentibus.

Apud poetas nominatiuus inuenitur pro accusatiuo per antiprosim. Lucanus: Tutumque putauit iam bonus esse socer. Ouidius: sed enim quia retulit Aiax esse Iouis pronepos, &c.

Audies perfidus, id est, dicēris. Horat. Tu recte facies, si curas esse quod audis, id est, quod dicēris: a graecis accepta locutio est.

In regulam quartam uerborum genitiuum regentium. Memini pro recordor, genitiuum uel accusatiuum admittit, sed cum significat mentionem facio, genitiuo tantum iungitur, & interdum ablatiuo cum praepositione. Cic. veteris prouerby admonitu uiuorum memini. Idem: Memini-sti ipse de exulibus.

In regulam quintam regentium genitiuum. Interest & refert admittunt hos genitiuos, tanti, quanti, parui & magni, positiuos tantum. Caetera huiusmodi per aduerbia efferruntur: ut, Plus, plurimum refert. Nihil inter-

est,



est, minus, minimum, non autem minoris uel minimi.

In regulam sextam regentium genitiuum. Belli domique apud Horatium: Me primis urbis belli placuisse domique. Rure pro ruri apud Horatium: Quinque dies tibi pollicitus me rure futurum. sed Cicero libro secundo Officiorum ablatiuo, bello, uti maluit: Neminem neque ducem bello, nec principem domi magnas res & salutare sine hominum studiis gerere potuisse. Ad humum, est apud Horatium in arte: Aut impellit ad iram, Aut ad humum mœrore graui deducit & angit. Inuenitur & domi eius & domi istius. Leguntur nonnunquam insularum nomina in genitiuo posita. Cic. ad Atticum: Cum Corcyra epulati effemus hilarem in modum. Et, sicilia cum effem.

In regulam primam regentium datiuum. Certo & pugno Grace iungitur datiuo, ut Certat tibi: sed latine ablatiuo cum prepositione: ut, Certat tecum. Et, certant donis inter se. sic pugnare duobus grace dicitur: sed latine, pugnare cum aliquo. Pugnare de loco, è muris, ex equo, inter se pugnat, in uel contra hostes, aduersus latrones.

Ausculto tibi, id est, obedio. Ausculto te, id est, audio. Audio tibi non dicimus, sed dicto audiens, id est, obsequens. Nam audire cum accusatiuo significat etiam parere precipienti uel credere. Cic. Nunquã labere, si te audies. Te audi, tibi obtempera. Nec Homerum audio. Et sine uerbo: Nec audiendi quidam, id est, non credendi, Fab. Timeo & metuo tibi tanquam amico, sed te, tanquam inimicum. Metuo uirgas, metuo natibus meis. Metui à Chryside, Terent. sic formido. Plautus Amphitryone: Formidat auro, ne surripatur. idem: Nimis que hercle ego illum male formidabam, ita frendebat dentibus. Et, formido male, ne ego nomen commutem meum. Consulere cum datiuo, est rationem habere, prouidere, mederi. Cum accusatiuo, consilium petere, & deliberare: ut, Consule fama tua. Consule uires tuas. Consulere in longitudine, in comune. Pesime istuc in te atque in illum consulis, Terent. Imponere cum datiuo, est decipere. unde impostura, est fraus impostorum. Aliud est imponere aliquem humeris, & imponere alicui onus.

Sunt quæ uariis modis efferuntur: ut, Detrahere aliquid alicui & de aliquo. Inuidere datiuum uel accusatiuum recipit. Pl. Neque ego, ut multi, inuideo aliis bonũ quo ipse careo. Assentari: Cic. Tibi assentatur. Terent. Impetrari egomet mihi omnia assentari. Sic adulari. Itemq; palpo & palpor deponens: Horat. Cui male si palpere, recalcitrat. Iuue. Quem munere palpat Carus. Hoc est in rem tuam, uel ex re tua, id est, utile tibi. Terent. Quæ in



rem tuam sunt, ea uelim facias. Plaut. Ex re tua feceris. Cic. Facis ex dignitate & ex Republica. In re mea est, etiam apud Plautum reperitur.

Studeo

In secundam. Studeo, pro operam do, recipit datiuum, pro cupio uel uolo, accusatiuum. Terent. Quin tu hoc potius stude. Cic. Vnum omnes sentitis, unum omnes studetis. Incumbere praeter datiuum, habet etiam accusatiuum cum praepositione: ut, Incumbit in studia, uel ad studia apud Cicer.

In tertiam. Terminatione quidem sunt sex tantum casus, sed ex significatione fecerunt octo, quorum octauus similis est datiuo, septimus est ablatiuus instrumenti.

In secundam regentium accusatiuum. Verba uocandi actiua & his cognata duos etiam accusatiuos habent, sed non diuersos (ut uerba docendi) ut, Omnes te beatum uocant. illum infelicem appellant. praesta te uirum. Virum te iudico. Facit te deum.

In tertiam. Accusatiuus & ablatiuus diuturnitate temporis significantes, nonnunquam praepositionem admittunt. Cic. Attico: Tenuisti provinciam per decem annos. Et ablatiuus speciem temporis significans: ut, de nocte, in ipso tempore, ad diem statutum, &c.

In quartam. Sic dicimus: Est qui te conuentum cupit. Hunc ego honoris causa nominatum uolo. Terent. Huic mandes si quid recte curatum uelis. Vos oratos uolo, admonitos, &c.

Vicem

Accusatiuus uicem saepe ponitur pro ablatiuo. Liui. lib. 1. ab urbe cond. suam quisque uicem officio functus est. Et 3. ab urb. cond. ut hoc in regione regium in orbem suam cuiusque uicem per omnes iret. Dolere uicem. Cic. Nichil eius uicem doleo. Legitur & magnam partem. Cic. Magnam partem ex iambris nostra constat oratio. In regula prima annotatione tertia sub cap. 15. Potiri hostium, est redigere in potestate: sed aliquando significat uenire in hostium potestate. Plaut. Gnata mea hostium est potita, neque ea nunc ubi sit, scio. idem aliam saepius eandem dicendi figuram repetit. Papinianus ff. de capti. & postli. reuer. siue quoniam uiuo patre filius factus. mori intelligitur, siue quoniam non reuerso eo, exinde sui iuris uidetur fuisse, ex quo pater hostium potitus est, id est, ab hostibus captus. sal. Cui factum foret urbis potiri.

Magnam partem potiri

Verbis motus per locum adduntur ablatiuo etiam aliorum locorum, ut terra, & mari, testa, luto. Persius: An passim sequeris cornos testaque lutoque, id est, per terram & mare per testam & lutum.

De supinis. Posteriora supina uerbis motus a loco rarius adiciuntur: Cato, primus cubitum surgat, postremus cubitum eat. Redit uenatu. saepius nomimibus



nomini<sup>bus</sup> uerbalibus, à quibus certe illa nihil differre uidetur: *Cæsar* li. 2. belli Gallici: *A decima legionis cohortatione profectus*. *Liuius*: *Ab oppugnatione recessum*.

De gerundius uide *Laurentium Vallam* libro primo elegantiarum. Quoties oportet loqui (inquit *valla*) per *relatiuum*, necesse est loqui per *gerundium*: ut, *Hic dies attulit initium dicendi que uellem, non autem, dicendorum eorum que uellem*.

Adiicitur interdum gerundio genitiuus pluralis: *Teret. Date crescendi copia nouarū, hoc est, ut noua comedia crescant, in prologo ad heautonti. Cic. Reliquorum siderū qua causa collocandi fuerit, in alium sermonem differendum est. Idem in philippicis. Agitur, utrum M. Antonio facultas detur agrorū suis latronibus condonandi. Varro lib. 2. de re rust. Aliquod fuit principium generandi animalium. Gell. lib. 5. Euthlus causarū orandi cupidus. Sæpe genitiuus singularis accedit: *Cæsar*, *Subito eruptione facta, neq; cognoscēdi quid fieret, neq; sui colligēdi hostibus facultatem relinquunt. Liui. lib. 21. Non uere or, nequis me hoc uestri adhortandi causa magnifice loqui existimet. Substantiua quibus gerundia subiiciuntur, sæpe pro gerundio infinitiui accipiunt. Cic. Tempus esset iam de ordine argumentorum dicere, pro dicendi. Cæsar lib. 5. Respondit non esse consuetudinem populi Rom. accipere ab hoste armato conditionē. Et lib. 7. Galli postero die consilium ceperunt ex oppido profugere. i. profugiendi.**

Gerundium in do rarius, sed tamen interdum motum significat. *Cic. li. 2. de Orat. ipse à dicendo refugisti. Et lib. 3. A regendis ciuitatibus totos se ad cognitionem rerum transtulerant. Et in Bruto: Traducti à disputādo ad dicendum inopes reperiuntur. Et in Verrem: Non uideor omnino à defendendis hominibus subleuandisque discedere. Additur etiā prapositio cum. Fab. Nam & scribendi ratio coniuncta cum loquendo est. Singulari forma dicitur: soluēdo esse, uel non esse: & addito nomine: *Liuius, Ne tamen soluēdo ari abeno respublica esset. Fab. Pauperi soluēdo non sumus. Ad hanc formā etiam Liuius dixit: Fretus legatum esse tolerando certamini. Gerundia ferre aetive significant, rarius passiuē: Virg. Yritque uidenda formina, id est, dum uidetur. Ad discendum facile, id est, ut discatur.**

Gerundium adiectiuum seu gerundiuum non uenit nisi à uerbo accusatiuum recipiente, & ratione illius casus. Non enim dicimus: *Veni huc tui feruendi causa, uel ad carendam uoluptatē: sed causa obseruandi tui, propter te docendum, &c.* Submonitio.

Plura quotidiana suppeditabit. lectio, & diligens authorum ueterum.



probatissimorum enarratio, ex quibus Latini sermonis elegātia multo certius quā ex prolixis grammaticorum regulis, quae multis exceptionibus impedita sunt, comparatur. Ac ne possunt quidem uerba omnia, quum sit eorū sepe maxime uaria significatio, propria alicui cōstructioni astringi. Præterea non quæuis dictio, licet regula nihil obstet, uerbo iungi potest. Non enim latine dixeris: agere uerba, sed facere uerba: non suppetus dare, sed ferre: non ducere uineas, sed agere, (uinea bellicum est instrumentum) non diuidere suos milites, sed diuidere copias: non impedire comæatum, sed intercludere, &c. Hanc proprietatem in uerborum coniunctione qui non obseruat, nec delectum habet ullum, is barbarica phrasi omnem peruerterit latinitatē, quod iis fere solet accidere, qui linguā latinā ad idioma uernaculū detorquent. Quamobrē eruditorū & diligentū grammaticorū obseruationes ex optimis authoribus collectae, sepe cōsulendae sunt: qualis est ille Adriani Cardinalis de lingua latina libellus, & Bartholomæi Ricci apparatus latinæ locutionis, & latini sermonis obseruationes Ioanne Gottscalco collectore, Commētaria stephani Doleri de lingua latina, aut si quod aliud accuratius extat, ac pueris utilius breuiusque dictionariū. Atq; utinam aliquando ex omnibus omnium obseruationibus probatis, & certis, unum aliquod Lexicon, quod turō sequi liceat, colligatur.

Supereft uersificandi ratio, quæ ad prosodiam pertinet quartam grāmaticas partē, quæ rectam uocum pronuntiationē tradit, cuius partes sunt: tonus, spiritus, rēpus. Tonus est, uel acutus, uel gravis, uel circumflexus, de quo dicam infra. spiritus duo: asper ut honor, leuis ut onus. Tempus est syllabæ pronunticiandæ mensura. Syllaba breuis, unū tempus habet: longa uerò duo. Ex syllabis pedes, ex pedibus carmen cōstituitur, de quo ea breuitate, ordine & perspicuitate scripsi, ut puer hoc adiutus compendio, facile, si natura inuabit, in Musarum dulcissimam familiaritatē recipiatur. Sed cū de quātitate uel primæ uel mediæ syllabæ tradi paucis non possit, dubitāti puero uersificatoria Despauterij, uel si quis alius rationē metricā absolutius tractauerit, satisfaciat. Inter explicanda uersificandi præcepta, meminerint præceptores enarrationē poetarū adhibendā esse, ac primū proponēda pueris Virgilij Bucolica, aut Ouidij Metamorphosim, utilem fabulis cognoscendā, uel si malint ipsam Virgilij Aeneida. Diligenter docendos esse pueros uersum poetæ boni dissolutum, suis numeris restituere, qui ab hac exercitatione progredientur facilius ad faciendos uersus: de quibus componendis quā potui breuissima collegi, & utilissima præcepta.



## CORNELII VALERII ULTRAIECTINI

## De Carminum ratione Opusculum.

**T**ria sunt ad quoduis carmen cognoscendum necessaria: syllabarum quantitas, pedum ratio, & carminis genus.

## De literis &amp; syllabis. Caput primum.

**L**iterarum distributio ex institutionibus grāmaticis repetenda est. Hoc tantum adiiciendum est, i consonantem duabus uocalibus interiectam ualere duplici consonante: ut maior, aio, Troia, cuius, eius, & similia (præterquam in compositis, ut in his, biuugus, quadriugus: virgil. Quadriugo inuehitur curru) Eandemque uim habere u in præteritis: ut, Amari, amaueram, impleui, petiui, audiui, & c. Conflantur ex literis syllabæ, quarum alia breuis est, alia longa, alia communis. Breuis appellatur, quæ in dimensione uersus unum tempus obtinet: Longa, quæ duo tempora completur, unòque musico pulsū continetur: Communis, quæ nunc breuis est, nunc longa. Tempus hic mora illa est, quæ syllaba effertur. Communē syllabam intellige tantum in carmine. Præterea syllabarum alia prima est, *extra carmen enim comma utis syllaba ut breuis, pfectur* alia media, alia ultima. Mediæ uocantur syllabæ, quæcunque inter primam & ultimam sunt interiectæ. Dictiones monosyllabæ ultimis annumerantur.

## De quantitate syllabarum, regulæ generales.

Quibus modis primæ syllabæ quantitas cognoscatur.

Modi quibus primæ syllabæ quantitas cognoscitur, sunt	{ <ul style="list-style-type: none"> <li>Positio</li> <li>Diphthongus</li> <li>Vocalis ante uocalem</li> <li>Præpositio</li> <li>Compositio</li> <li>Deriuatio</li> <li>Regula</li> <li>Exemplū seu authoritas.</li> </ul>	} quorū aliquot etiā ad medias syllabæ, & ultimas cognoscendas, utiles sunt.
---	--	--



P R A E C E P T A  
DE POSITIONE.

Regula prima.

**P**ositio fit, cum uocalem consonantes plures sequuntur, uel una duplex, siue in eadem dictione, siue in diuersis: ut, Fulgēs, axis, gaza, Troiana, respondens. In diuersis dictionibus fit positio, cum prior in consonantem exit, & altera à consonante incipit, ut in hoc uersiculo: Nitimur in uetitum semper, cupimusque negata: ultima syllaba tum, per, mus, positione producuntur. Semper hoc modo syllaba producitur, nisi cum in eadem syllaba mutam liquida sequitur, quæ præcedentem uocalem natura breuem non extendunt necessario, sed eam nunc breuem relinquunt, nuncui positionis (quam debilem uocant) producunt: sic patris primam habet communem, & pharetra mediam. At natura longam uocalem positio debilis corripere nullo modo potest, ut à mater matris penultima semper longa manet.

Annotatio.

Vocalis præcedentis dictionis ultima breuis, nulla positione produci potest. virgil. Iam medio apparet suctu nemorosa Zacynthos. Horatius: Ignoscent alysi quid peccauero stultus, amici. Reperitur tamen, sed rarius, ultima breuis hoc modo producta. virgil. lib. 3. Georgicon, lappæque tribulique.

Seu potius committis

De diphthongo.

Diphthongus omnis natura longa est, semperque syllabam producit, ut aurum, infælicis, uetula: nisi cum hanc in Latina dictione proxima sequitur uocalis. Nam tunc a fere corripitur: ut hic, Ouid. Raptaturque comis per uim noua nupta præhensis. Omnis item contractio longa est, ut cogo ex co ago. sic uidentur etiam produci genitiui, datini, & ablatini quinta declinationis. virgil. Libra die noctique pares, pro diæi.

De uocali ante uocalem.

Vocalis ante uocalem in Latinis dictionibus corripitur, ut pius, strenuus, aranea, aureus, aurei, &c.



Primo. Fio & hinc defio, unde defioculus, si, syllaba longa, ut fiam, fiebam, &c. sed fio corripit uocalem ante uocalem cum litera i, sequitur er, ut fierem, fieri, &c. Eheu primam producit. Ohe, primam habet communem.

Secundo. Genitui & datui quinta declinationis exeuntes in iei, ut faciei, diei.

Excipiuntur Tertio. Genitui in ius, quorum penultima communis est in uersu, ut unius, illius: exceptis duobus, alterius, quod semper habet penultimam breuem, & alius, quod longam.

Quarto. Aulā, nepāi & similes genitui prisca, qui penultimam producant.

Quinto. Possessiuā in eius, eia, eium, in quibus antepenultima longa est: ut Aeneius, Priameius, &c.

Vocalis in fine praecedentis dictionis posita, a uocali dictionis sequentis initio astante per synalaphen absorbetur, rarissime relinquitur. Dictum est in Latinis dictionibus uocalem ante uocalem corripi, nam ea saepe in Graecis dictionibus producit, ut in aer Darius, aonia, Deianira, Priamides, Pierides musa, iapetus, dios, Orion, io, &c. Et in possessiuis, Priameus, Aeneus, &c.

## De praepositione.

Haec praepositiones & in compositione & extra compositionem, si non impedit positio, corripiuntur: ab, ad, in, re, per, ob, super, & sub: ut abeo, Adeo, in eo, repero, pereo, otheo, superillino, subeo. Sed reñcio & impersonale refert, producantur.

Praepositiones haec producantur: A, e, de, di, se, pra, pro: ut amitto, emitto, demitto, dimitto, sepono, praemitto, promitto: nisi uocali ante uocalem quantitas mutetur, ut deamo. In his: dirimo & disertus, di breuis est. Corripiunt haec primam: profugo, profugus, profugium, profundus, profano, profanus, profestus, pronepos, profiteor, profari, procella, propago nomen pro posteritate: nam pro uite producit. Haec sunt communia, procuro, profundo, propello, propagare, &c.

## De compositione.

Compositione saepe quantitas syllabae cognoscitur, ut si cui dictionis simplicis ignota quantitas sit, eam componat, & ex compositi accentu quantitatem cognoscet, ut ex adamo & rescio, primae syllabae uerborum amo & seco breues intelliguntur: & ex aspiro, & exclamo, longae spiro & clamo, sic ex impotens & improbus, breues potens & probus, itemque ex



P R A E C E P T A

insanus & praeclarus, longa sanus & clarus. Quod si cōpositum in quatuor syllabas excreuerit, redactum ad trisyllabam uocem accentu quantitate proder: ut, video breuem habere intelligimus, ex inuideo redacto ad inuides: & finio longam, ex definis, &c.

De deriuatione.

Deriuatiuum plerunque primitiui quantitatem retinet, ut amor, amabilis, amanter, amans, amicus, &c. primam corripiunt, ut uerbum amo, & potentia à potens: cōtra, orator, oratio, &c. produciunt, ut oro unde exoro.

Excipiuntur.

Quaedam à primitiui breui deducta produciuntur: ut, sedes à sedeo. Lateralis à lateo. vox à uoco. Feralis à ferus. Lex legis à lego. Tegula à regendo. Macero à macer. vires à uireo, aliāque nonnulla. Hæc à primitiui longo deducta corripiuntur: ut, Dicax à dicere, cum ceteris cōpositis in icus exeuntibus: ut maledicus, causidicus. Arena, ab areo. Lucerna à luceo. sopor à sopio. vadum à uado. Notare à notu. Natare à natu. Acerbus ab acer: & quaedam alia.

Annotatio.

Tempora quinque deducuntur à præterito perfecto, finita in ram, ssem, rim, ro, sse. reliqua à præsentis. Quæ deriuantur à præterito, quantitatem præteriti seruant, quæ sæpe discrepat à præsentis: ut legeram, legerim, &c. primam produciunt, cum lego corripiat, & ab eò deriuata, legebam, legam, lege, &c. legor legebar, &c. sic à uideo breui, produciuntur uidi, uisum, cū omnibus deriuatis: ut uideram, ssem, rim, &c. & uisus, a, um, uisurus, uisus, us, ui, uisum. uisio à supino uisum.

Regula de præteritis & supinis.

Omnia præterita disyllaba, & ab his deducta tempora: itēque supina disyllaba cum deriuatis, primam syllabam produciunt: ut legi, perlegi, perlegeram, &c. uidi uisum, prouidi prouisum, uisurus, uisito, uisio, &c.

Excipiuntur { Sex præterita, bibi, tuli, fidi, scidi, dedi & steti, à bibo, fero, findo, scindo, do & sto, quæ primam corripiunt, ut adbibit, attuli, &c.  
 Nouem supina, datum, ratum, satum, itū, quitum, suū, citum, litum, & rutū, à do, reor, fero, eo, queo, sino, cieo, lino, & ruo, quæ primam etiā corripiunt, ut additū, irritū, cōsitū, &c.  
 Statum à sto fere produciuntur: cōposita uariant.

Reliqua



Reliqua praterita & supina tantam habent primam, quanta prima presentis est: ut uoco, uocauit, uocatum primam corripunt: clamo, clamauit, clamatum producunt: quatuor exceptis primam corripientibus, coegi, coactum à cogo: genui, genitum, à gigno: posui, positum à pono: potui à possum.

De prateritis geminato principio.

Praterita geminato principio primam corripunt: ut cado cecidi, cado cecidi, &c.

De compositis ex bi & tri.

Ex bi & tri composita, corripuntur, ut biceps, triceps, bidens, tridēs, &c.

De exemplo.

Exemplum, certissimum est inuestiganda syllabarum quantitatis modus, quo probati poeta alicuius auctoritatem sequimur: ut si cui primæ syllaba nominum pater & nouerca, sunt ignota, scire potest ex hoc uersu Virgiliano: Est mihi nanque domi pater, est iniusta nouerca. Si media syllaba, sta, nominis castanea: si ultima, des, uerbi ades, ex his quoque Virgilianis intelliget: Castanea molles. Et, Huc ades, &c. Quamobrem utilissimum fuerit multos optimorum poetarum uersus ediscere, ex quibus & syllabarum cognoscitur quantitas, & carminis uenus intelligetur, geniisque poeticus. Optimi poeta sunt: Virgilius, Horatius, Ouidius, Martialis, Iuuenalis, Persius, alijque multi: inter Christianos Prudentius, & plures etiam recentiores.

De syllabis communibus.

Liquidus. Britannus. Italus. & si qua reperiuntur alia.

De mediæ syllabæ quantitate.

Cap. 2.

His modis syllabæ mediæ cognoscuntur

{	Positione. Diphthongo. Vocali ante uocalem. Exemplo, supra explicatis.
	Accentu uel longo uel breui.
	Diminutione.
	Deriuatione.
	Regula.

De accentu.

Accentus triplex est: acutus, grauis, & ex utroque mixtus circumflexus. Acutus syllabam attollit, grauis deprimat, circumflexus tardat: ut huius nominis, dominus, prima syllaba acuitur, reliquæ grauantur. huius

Tonus est pronuntiandi ratio, qua syllaba uel attollitur uel deprimatur.



uerò, Românus, media circumflectitur, reliquæ deprimuntur.

Breues accentuum regula. Prima: Monosyllabæ nisi contractæ sint & natura longæ, acuantur: ut dūx, nūx, fax, pārs, &c. sed pāx, lis, dōs, &c. circumflectuntur.

Secunda: Disyllabæ ex priore natura longæ, & altera breui constitutæ, priorem circumflectunt: ut mātēr: alias acuant: ut mātēs, pāter, nepos. Quædam inflexibilia accipiunt accentum in ultima: ut porrò, unà & similes dictiones, quo à nominibus differant.

Tertia: Polysyllabæ dictiones penultimam producentes, ultimam corripientes, penultimam circumflectunt: ut Românus, togātus: producentes uerò ultimam, acuant penultimam.

Quarta: Polysyllabæ dictiones penultimam corripientes, antepenultimam acciunt siue longam siue breuem, quantacunque sit ultima: ut, dominus, domini, &c.

*Syllaba in antepenultima nota penultima tantum* Cognoscitur autem accentu syllaba tantum penultima dictionis polysyllabæ, quæ si uel acutum, uel circumflexum tonum obtinet, longa est, siue grauem, breuis: ut Românus, pópulus.

Excipiuntur quædam, quæ tametsi longam penultimam habent, antepenultimam tamen aciunt, ut composita ab inde, proinde, &c. aliquando, si quando, ex aduersum, duntaxat, nimirum, enim uero, &c. quæ discriminis gratia, ne duæ putentur dictiones, ita pronūciantur. Præterea, calefacis & frigefacis, & utraq; & pleraque nominatiui & accusatiui: Et uocatiui nominum priorum in ius: ut Virgili, penultimam breuem aciunt, calefis, calefit ultimam. syncope quoque accentum mutat: ut deūm, pro deorum. Et dictiones encliticæ quæ præcedentem syllabam aciunt: ut illéque, homóne, bestidne, &c.

*Diminutio quæ nota antepenultima* De diminutione.

Diminutione inuestigatur antepenultima, cum hæc diminuta dictione sit penultima, & accentu cognoscitur: ut docuerimus, e breuem habere intelligitur ex docuerim, & peritorum i longam, ex singulari peritus. Fortunatus u longam, ex fortuna.

De deriuatione.

Hoc modo syllaba cognoscitur, si deriuatiui quantitatem à primitiuo petas: ut si cui sit ignota syllaba ne, in uenerens, uel the, in atherens, scire potest



rest ex genitiuis veneris, ætheris, sic Iniquitas ex iniquus. Fortunatus ex fortuna. Rudimentum ex erudio erudis. Verecundus, re, ex uereris. Amabilis, ma, ab amatum. Lauacrum, à lauatum. Simulacrum, à simulatum. Ambulacrum ab ambulatum. Inuolucrum, ab inuolutum. Aratrum, ab aratum. Excipiuntur pronuba, innuba, quæ penultimam corripiunt.

I & O in compositis.

Si priorem compositi partem in dictione Latina terminet i, uel in Græca o, corripitur utrunque, ut semiuir, ensifer, agricola, siquidē, astronomus, Timotheus, philosophus, &c.

Exceptio.

sed si fuerit i certi casus, utique producitur: ut reipublicæ, cuique, cui-dam, unicuique, cuilibet, & similia. utrique, eidem, plerique, &c. quibus addantur ibidem & ubique & siquis, in quibus i producitur. Excipiuntur hæc quoque, pridie, postridie, quotidie, ubicunque, & meridies, in quibus i, communis est.

De ultima syllabæ quantitate. Cap. 3.

Modi, quibus ultime syllabæ quantitas cognoscitur

<p>Modi, quibus ultime syllabæ quantitas cognoscitur</p>	}	Positio	} de quibus dictum.
		Diphthongus	
		Exemplum	
		Regula, de qua nunc dicendum.	

A

Regula prima. In a finita producantur, ut ama, da, musa ablatiuus, & uocatiuus à nominatiuus græcis in as, ut ò Aenea. sic præterea, contra, à, qua, &c.

Corripiuntur

<p>Corripiuntur</p>	}	Nominatiui, accusatiui, & uocatiui in a: ut musa, carmina, &c.
		Ita, quia.
		Numeralia in ginta cõmunia esse uolunt: ut triginta, &c. sed à Virgilio producantur.

E

In e finita corripiuntur: ut mare, mille, herculè, docere, scribere, scribe, &c. penè, ritè, impunè, ponè, facile, spòte, manè, nempe, age, euge, &c. & coniunctiones enclitica, que, ue, ne.



Græca primæ inflectionis ex u, in e longum latinis con-  
 uersa: ut Penelope, ô Anchise.  
 Ablatiui quintæ declinationis: ut spe, die, re, cum composi-  
 tis, quare, hodie, quotidie. Famae ablatiuus, quod olim fue-  
 rit quintæ declinationis.  
 Producentur } Imperatiui singulares secundæ cõiugationis: ut ride, gaude.  
 } Monosyllabæ, me, te, se, è, de, præ, ne prohibèdi, præter en-  
 } cliticas que, ue, ne.  
 } Aduerbia in e, ab adiectiuus secundæ declinationis: ut pul-  
 } chre, docte, egregie, optime, doctissime. Adduntur fere,  
 } ferme, & ualde (pro ualide). Corripiuntur bene, & ma-  
 } le, & mage pro magis.

I

Ini exeuntia producentur, uidi, liberi, patri, mari, nisi, sed nisi & qua-  
 si sæpius corripiuntur.

Exceptis } Datiuis & uocatiuis nominum Græcorum tertia nostræ decli-  
 } nationis: ut Alexi, Amarylli, Phylli, Palladi, quæ corripiuntur,  
 } nisi quod datiuus interdum latine producentur.  
 } Mihi, tibi, sibi, ibi, & ubi cum compositis sic ubi alibi, &c. quæ  
 } sunt communia.

O

O in fine dictionis commune est, nunc longum, nunc breue: ut uirgo, a-  
 mo, amado, quomodo, sero. sed ego, Latini sæpius corripiunt, ut & scio, ne-  
 scio, profecto.

Producentur. } Monosyllaba: ut do, sto, pro, prò, ò, &c.  
 } Datiuis & ablatiuis secundæ declinationis: ut domino, tem-  
 } plo.  
 } Græca in o, quæ per o scribuntur: ut Dido, Calypso, &c.  
 } Aduerbia ab adiectiuus uententia: ut iocò, serò, primò, uerò,  
 } certò, falsò. Sic eò & illò, idèò, adeò, meritò, &c.

Corripiuntur duo, modo, cito,

V

V in fine producitur: ut genu, fructu, tu, amatu, dictu, diu, &c.

B. D. M. T.

In b. d. m. t. finita corripiuntur: ut, ab, aliquid, templum, caput, dicit,  
 ut, &c. Sed nunc in semper eliditur sequente uocali. Fumât pro fu-  
 manit,



mauit, contractione longum est.

C

In c, producantur: ut hic aduerbium, dic, duc, &c. Corripiuntur, nec, donec, lac. Communia sunt, hic pronomen, & fac, quod sepius corripitur.

L

In l, corripiuntur: ut uectigal, consul, nihil, &c. Producantur Hebraea in el: ut Michael. Item pol, sol, nil.

N

N, in fine producitur: ut Paan, en, Siren, delphin, Agamemnon, &c. Et accusatiui nominum in as, es, & e, primæ declinationis: ut Aenean, Laerten, Penelopen.

Excipiuntur	{	Nomina in en habentia in is breue in genitiuo: ut carmen, tubicen, &c.
		Accusatiui { <ul style="list-style-type: none"> <li>In an nominum primæ declinationis in a breue exeuntium: ut Ossan, Iphigean, Mædean, Maian, &amp;c.</li> <li>In on nominum in us &amp; eius: ut Menelaon, Orpheon.</li> <li>In in uel yn: ut Ibin, Daphnin, erinnyn, &amp;c.</li> </ul>
		Forſitan, forſan, tamen, attamen, in, an, uideni pro uideſne, ſic men, ſcin, egon, & ſimilia. Et quæ patiuntur apocopen, dein, exin, proin.

Notandum est omnia nomina Latinis usurpata, quæ Græce per o paruum scribuntur, habere o breue: ilion quod & ilios legitur, arctos, heroes ex heros, &c.

R

R, in fine corripitur: ut calcar, puer, uir, color, guttur: sic, legitur, legor, legerer, legar, semper, super, &c.

Producantur	{	Græca in er longum, scribuntur enim per u græcum, quod semper est longum: ut aer, æther, &c. præter pater & mater, quæ ultimam corripiunt.
		Cur, fur, lar, far, lar, nar, par cum compositis, & uer. Cor est commune: ut & Celtiber.

S. As.

Ultima dictionis in as terminatæ producitur: ut Calchas, musas, amas, &c.

R



Corripiuntur } Græca in as, quorum genitiuus in adis: ut lampas lampadis  
 uel dos, &c.  
 } Accusatiui plurales in as nominū Græcorum nostræ ter-  
 tia declinationis: ut lampadas.

Es.

Es ultima syllaba producitur: ut Anchises, nubes, pes, res, laudes, gaudes,  
 dices, Ceres, pes cum compositis.

Corripiuntur } Nomina habentia itis uel etis, uel idis penultima breui in  
 genitiuo: ut miles, diues, teres, seges, &c. præter paries,  
 abies, aries.  
 } Nominatiui græci plurales: Virg. Thraces arant: & græca  
 neutra, ut cacoethes, quia per e scribuntur.  
 Es à sum cum compositis. Penes. Horat. Quem penes arbi-  
 trum est.

Is.

Is in fine corripitur: ut lapis, turris, fugis, auditis, bis, quis, quisquis, &c.

Producentur } Omnis casus pluralis in is: ut musis, quis pro quibus, omnis  
 pro omnes, tris pro tres, &c. & nominatiui à Græcis in  
 eis: ut Simois, oentis.  
 } Secunda personæ singulares, quarum plurales habent itis  
 longum: ut scis, nescis, possis, uelis, dederis, audis, &c. Et  
 subiunctiua futura: ut dixeris, dederis, sed præterita cor-  
 ripiuntur.  
 } Nomina habentia itis longum in genitiuo: ut dis, lis, sam-  
 nis, &c. & quæ habent iris & inos: ut glis, salamis.  
 } Vis tum nomen, tum uerbum, cum compositis: quamuis,  
 quiduis.

Os.

Os producitur: ut ros, flos, nepos, dominos, os oris. & Attica per o scripta:  
 ut Androgeos.

Corripiuntur } Os ossis: à pos composita compos, impos.  
 } Græca per o paruum scripta: ut synodos, & genitiui: ut Pal-  
 lados, heroos. Nam heros & alia per o magnum scripta:  
 producentur.

Vs.

Vs corripitur: ut dominus, meus, scribimus.

Producentur



Producentur } Genitiui singulares, nominatiui accusatiui et uocatiui plu-  
 rales quartæ declinationis: ut huius, hi, hos et ò, fructus.  
 Monosyllaba, ut rus, mus, sus, plus, &c. Et nomina tertiæ  
 declinationis habentia u longum in penultima genitiui:  
 ut uirtus, tellus, &c.  
 Genitiui Græci sapphus, ius, &c. Melampus, &c. ex uo  
 cognoscuntur.

DE PEDIBVS METRICIS. Cap. 4.

**P**ES est metrica syllabarum constitutio. Nam syllaba una pedem non  
 facit, cum in ea non sit arsis et thesis: ut nec unus pes uersum. Pedibus  
 autem pluribus uersum metimur. syllaba breuis hac figura signatur  $\cup$ ,  
 longa uerò notatur hac  $\text{—}$ , quibus in pedum descriptione causa breuitatis u-  
 temur. Pedes numerantur octo & uiginti. Quatuor dissyllabi, Pyrrichius  $\cup\text{—}$   
 $\cup\cup$ : ut deus. spondeus  $\text{— —}$ : ut audax. Iambus  $\cup\text{—}$ : ut dies. Trocheus  $\text{—}\cup$ :  
 ut mater. Octo trisyllabi, Tribachys  $\cup\cup\cup$ : ut canite. Molossus  $\text{— — —}$ : ut Ae-  
 neas. Dactylus  $\text{—}\cup\cup$ , sidera. Anapaestus  $\cup\cup\text{—}$ , superi. Baccheus  $\cup\text{— —}$ : ut e-  
 gestas. Antibaccheus seu palinobaccheus  $\text{— — —}\cup$ : ut audite. Amphimacrus si-  
 ue Creticus  $\text{—}\cup\text{—}$ : ut principes. Amphibrachys  $\cup\text{—}\cup$ : ut beatus. Sexdecim  
 tetrasyllabi. Proceleusmaticus  $\cup\cup\cup\cup$ : ut relegite. Dispondeus  $\text{— — — —}$ : ut  
 oratores. Antispæstus  $\cup\text{— — —}$ : ut Alexæder. Choriæbus  $\text{—}\cup\cup\text{—}$ : ut omni-  
 potens. Diambus  $\cup\text{—}\cup\text{—}$ : ut ferocitas. Dirocheus  $\text{—}\cup\text{—}\cup$ : amulorū. Io-  
 nicus à minore  $\cup\cup\text{— —}$ : ut redeuntes. Ionicus à maiore  $\text{— — —}\cup$ : ut subdu-  
 cite. Pæan uel Pæon primus  $\text{—}\cup\cup\cup$ : ut colligite. Pæan secundus  $\cup\text{—}\cup\cup$ : ut  
 reducite. Pæan tertius  $\cup\cup\text{—}\cup$ : ut rediturus. Pæan quartus  $\cup\cup\cup\text{—}$ , celeri-  
 tas. Epitritus primus  $\cup\text{— — —}$ : ut sacerdotes. Epitritus secundus  $\text{—}\cup\text{— —}$ :  
 ut inter omnes. Epitritus tertius  $\text{— — —}\cup$ : ut crudelitas. Epitritus quartus  
 $\text{— — — —}\cup$ : ut permanere. Ex quibus frequentior usus est Pyrrichij, spondei,  
 iambi, trochei, tribrachys, anapaesti, dactyli, proceleusmatici, choriæbi, quos  
 pueri tanquam digitos suos tenere debent.

De uersuum compositione.

Pedibus pluribus uersum metimur. Est autem uersus legitima pedum  
 constitutio.

Carminum uaria nomina sunt.

Carmina dicuntur uel ab inuentoribus: ut sapphicum à sappho puel-

R ij

Pedes dissyllabi  
 & trisyllabi  
 sunt poetici.  
 Quicquid est  
 supra tres syl-  
 labas, id esse ex  
 pluribus pedi-  
 bus auctor est  
 Fabius lib. 9.  
 cap. 4.  
 Pedes cōpositi.

1. q. Anagy pæan  
 83 syllaba.  
 1. q. Anagy pæan  
 62 syllaba.



la: Vel à pede crebriore: ut Iambicum, trochaicum, anapaesticum, &c. vel ab his qui hoc carmine celebrati sunt: ut heroicum, adonicum, &c. Et à lyra, lyricum ad lyram cantari solitum. A mensura, Monometrum, quod ex

Quantitas car  
minis.

duobus pedibus constat, Dimetrum quod ex quatuor, Trimetrum quod sex, Tetrametrum quod octo. In quatuor his bini pedes una mensura pulsūque musico comprehenduntur, per Dipodiam, quae est duorum pedum in unam dimensionem comprehensio, quae fit in carmine iambico, trochaico, & ut multis placet, anapaestico. In pentametro, quod ex quinque pedibus consti-

*Cur Cataleptis aut  
desit syllaba fini.*

titur, & hexametro, quod sex pedibus constat, singulis pedibus una mensura tribuitur, scanditurque per monopodiam singulis pedibus in singulas

dimensiones computatis. A depositione (qua cognoscitur absolutum ne sit an abundet an minuatur carmen maxime iambicum) cuius genera sunt quatuor: Acatalecticum, cui nihil aut superest aut deest. Catalecticum, cui deest in fine syllaba. Brachycatalecticum, cui duae syllabae uel pes integer in fine deest. Hypercatalecticum, cui una syllaba uel totus pes superest. A reuersione: Monocolon, quod est uniforme, qualis est Aeneis virgiliana. Dicolon di-

Depositionis ge  
nera 4: Acata  
lecticum, Cata  
lecticū, Brachy  
catalecticū &  
Hypercatale-  
cticum.  
Dicolon tristro-  
phon unū est  
apud Horatiū  
lib. tertio car-  
minum, od. 12.

strophon, quod ex duobus carminum generibus constat, cuiusmodi est carmen elegiacum, quod ex hexametro & pentametro componitur. Dicolon tetra-

no

strophon, quod post tres eiusdem generis uersus, & quartum alterius modi, ad primum reuertitur, quale est saphicum cum adonio. Tricolon tetra-

strophon, cum post duos eiusdem generis uersus, & tertium alterius, quartumque item alterius modi, reuertimur ad primum, quale est Horatii carmen lib. 2. Carmi.

Aequam memento rebus in arduis  
Seruare mentem, non secus in bonis  
Ab insolenti temperatam

Carmen heroi-  
cū etiā Home-  
ricū & Pythiū  
dictum est, quo  
genere Virgi-  
lius Bucolica,  
Georgica &  
Aeneida con-  
scripsit.

Latitia moriture Deli, &c.

De uersu hexametro, seu heroico.

Hexameter & nobilissimus est & frequentissimus, ex eo dictus, quod sex pedibus constet, quem totidem quoque pulsibus metimur. Recipit in regione seu pedum loco, primo, secundo, tertio, quarto, uel dactylum uel spondaeum, in quinto solum dactylum, in sexto solum spondaeum, hoc modo.

Scansio, quae est  
arsis & thesis,  
hoc est, eleuatio  
& depressio  
syllabarum in  
pedibus.

1                      2                      3                      4                      5                      6  
Nescia — uu mens homi — uu num fa — ti for — tis que fu — uu tura —  
Et ser — uare mo — uu dū re — bus sub — lata se — uu cundis —

Reperitur interdum apud poetas in quinta regione, quae propria dacty-  
li



li sedes est, spondaeus i u. φ. τ. i. c. s. usurpatus, sed quem regione quarta præcedit dactylus, uersusque spondaicus appellatur. Virg. Chara deum soboles magnum Iouis incrementum. Et, Constitit atque oculis phrygia agmina circumspexit. Rarius alij reperiuntur pedes, ut proceleusmaticus, qui constat ex quatuor breuibus, rarissime anapestus, sed meminisse debent pueri, non licere uersificanti in opusculo ludicro, quod in opere magno principes poetæ sibi sumpserunt.

*Annotatio.*

Notandum est ultimam cuiusque uersus esse ancipitem, dictionis quoque ultimam breuem casura gratia raro produci. Tum nullum neque hexametrum neque pentametrum uersum recte sine casura fieri.

*De Casura.*

Casura dicitur, cum pedis sequentis initio syllaba ponitur, partem orationis finiens, qua cæditur ac diuiditur uersus. Cuius forma duæ sunt, pentemimeres & heptamimeres. Pentemimeres, id est, semiquinaria partitio, dicitur, cum post duos pedes relinquatur syllaba dictionem terminans: ut, *Arma uirumque cano*. Hæc necessaria est non tantum hexametro carmini (hoc enim heptamimerem quoque recipit) uerum etiam elegiaco, sapphico, asclepiadeo, aliisque nonnullis. Dicta est semiquinaria, quod semipedes quinque contineat. Heptemimeres, seu semiseptenaria casura est, cum post tres pedes manet syllaba partem orationis finiens: ut, *ille meas errare boves*. Quam casuram solus hexameter uersus recipit, sed altera serè casura secundi pedis initio præcedente. sæpe casura plures sunt: Virgil. *Syluestrem tenui musam meditaris auena*. Appellata semiseptenaria, quod septem semipedes contineat.

*De fine uersus hexametri.*

Clauditur hic eleganter dictione disyllaba uel trisyllaba: ut, uoluerè cassus. tot adire labores. Duabus disyllabis durius clauditur: Horat. Est tibi mater. Et monosyllaba uersum inconcinne finit, nisi sit animantis nomen: Virgil. *Procumbit humi bos*. aut altera præcedat monosyllaba, ut *ô pater & rex*. Res uelociores dactylis pluribus eleganter describuntur: grauiores spondeis: Virg. *Conuellimus altis sedibus, impulimusque, ea lapsa repente ruinam cum sonitu trahit, & Danaum super agmina latè incidit*. Idem: *Olli sedato respondit corde Latinus*. Et, *Annixi torquent spumas, & cærua uerrunt*. Res molles uerbis mollibus, Duræ duris & asperis: Denique res omnes uerbis æquanda.



Versus Leonini vitandi sunt, in quibus medium, & finis uersus, eundem referunt sonum, qualis ille. I nunc & uerbis uirtutem illudē superbis. Et uersus in quibus plures dictiones sunt eadem consonante incipientes: ut, O Tite tute Tati tibi tanta tyranne tulisti. Vitandus denique omnis hiatus & asperitas. De synalœpha & eclipsi.

Notandæ sunt figura duæ synalœpha & eclipsi, hiatus uitandi gratia inuenta. Synalœpha, est per quam uocalis in fine dictionis à uocali proxime sequenti uelut absimitur in metiendo. Eclipsi, qua litera in fine cum sua uocali à proxime sequente uocali eliditur: ut, Conticuere omnes. Multum ille & terris, &c. Fugiendæ sunt elisiones crebræ, nec plures duabus in uno uersu ferendæ sunt. Reperiuntur hypermetri uersus, ubi superest in fine syllaba, quam insequens uersus excipiens absorbet. Virg. Ecce furēs animis aderat Tyrinthius, omnemque Accessum lustrans. Interdum synalœpha non tollitur ultima uocalis, sed corripitur tantum. Virg. Et longum formose uale, uale inquit Iola. Quandoque longa seruatur. Idem: Lamentis gemitūque & foemineo ululatu. Hæc poetis principibus usurpare licuit, quibus & plura concessa uidemus, systolen: quæ syllabam longam corripit. Virg. Cum subito assurgens, fluctu nimbosus Orion, cum longa sit prima nominis orion. Etæsin: quæ breuem producit. Idem lib. I. Aeneidos, Exercet Diana choros. syneresin: contractionem duarum syllabarum in unam. Idem: seu lento fuerint aluearia uimine texta. Dièresin: distractionem coniunctarum syllabarum. Ouidius, uita data est utenda, data est sine fœnore nobis Mutua, nec certa persoluenda die. ubi persoluenda, quinque syllabis effertur. Sic suauis apud Virgilium tribus syllabis, ut & alibi suauis, & consimilia.

## De uersu elegiaco seu pentametro.

Versus pentameter ex quinque pedibus cōstat, sed in duo hemistichia seu dimidiatos uersiculos diuiditur, uno spondeo duas in partes ita dissecto, ut utriusque hemistichio syllaba longa adijciatur. Prius hemistichium ex dactylo uel spondeo, longa que syllaba constat, idem quod cæsura uersus hexametri pentemimeris, quæ hic præcipue necessaria est. posterius ex duobus dactylis tantum, & syllaba, ut:

Natu—ræ sequi—uotur—semina—uuisque su—uæ—

Coniunctus hexameter cum pentametro, carmen cōficit elegiacum: ut Utendum est etate, cito pede labitur etas:

Nec bona tam sequitur, quam bona prima fuit.



In quibus hoc curandum est, ut uno disticho perfectus sensus absolatur: aut ita suspendatur, ut disticho sequente perficiatur. saepe singulis uersibus sensus absoluitur.

De fine uersus pentametri.

Clauditur eleganter dictione dissyllaba, tetrasyllaba, & pentasyllaba. Prop. Non datur ad musas currere lata uia. Mart. Dantur opes nullis nunc nisi diuitibus. Ouid. Lis est cum forma magna pudicitiae. sed ineleganter & inconcinniter trisyllaba, praeterquam in epigrammatis. Martialis. Sera nimis uita est crastina, uine hodie. Et monosyllaba duae. Ouid. Laus erit. in magnis & uoluisse sat est.

In hoc carminis genere excelluerunt Onidius & Tibullus.

De uersibus aliquot lyricis.

De iambico.

Iambici carminis quatuor formae sunt: monometrum, quod ex duobus pedibus constat, dimetrum quod ex quatuor, trimetrum, ex pedibus sex, tetrametrum quod ex octo componitur. Ex his dimetrum & trimetrum frequentiora sunt, reliqua rariora. Recipit hoc carminis genus in locis omnibus iambum, praesertim in locis paribus, id est, in secunda, quarta, sexta, & octaua regione, & huius loco tribrachyn, praeterquam in ultima, quae semper in quauis forma iambsedens est. In imparibus uero locis, id est, in prima, tertia, quinta, & septima sede admittit praeter iambum & tribrachyn etiam Spondaeum, & huius loco pedes aequalium temporum dactylum & anapestum. Monometer uersus est: Malus miser. Aristophanius hypercatalecticus est: Bonus beatus. Dimeter Euripideus brachycatalecticus: Insanus, improbus. Dimeter Archilochius acatalecticus: Virtus beatos efficit. Dimeter Alcaicus hypercatalecticus: sed blanda corrumpit uoluptas. Trimeter Archilochius acatalecticus: Ad gloriam uirtus per alta nititur. Tetrameter: Parant perennem gloriam uirtus & eruditio.

Signis subographis tunc opus  
adhibetur in paribus  
tribrachyn uel iambus  
Loca imparia  
uocantur quae  
sunt imparis  
numeri.  
prohibet  
et iambus et tribrachyn

Annotatio de trimetro scazonte. ἄρδ τὸν ἑκάστην ἢ κλαυδαντ

Uersus iambicus trimeter, qui senarius quoque dicitur ex numero pedum, duplex est, rectus, qui in sexta regione recipit iambsedens, & claudus, qui semper in quinta sede requirit iambsedens, & in sexta spondaeum, qui Graece scazonte & choliambus appellatur. Uersus: Nec fonte labra proliu caballino, Nec bicipiti somnia esse Parmasso memini, ut repente sic poeta prodirem.

Carmine est conuicijs accommodatissimum.  
Scazonte scazonte  
scribit scazonte

De uersu trochaico.

Trochaicus ubique trocheum recipit, imparibus locis necessarium, cuius

Qui ubi gaudet uersu distichis  
Ersi uale sed tribrachyn rapto atq; trochaico  
Postrema, proprio pedo sed finit

Ussi  
imparibus locis genus  
tribrachyn atq; trochaico



tamen loco tribrachyn admittit, praterquam in ultima regione, qua trochei sedes est: sed in locæ paribus eosdem pedes recipit quos iambus in locis imparibus prater iambum, quem trochaicus non admittit, sicut nec iambicus trocheum. Carmen hoc fere dimetrum est, dicolon, distrophon. Prior uersus est acatalecticus, alter catalecticus: ut, Corde natus ex parentis Ante mundi exordium. Ex binis distrophis ter recurrentibus fit carmen trochaicum, tetra-strophum.

De iambico & trochaico mixto seu comico.

Comici locis omnibus in utroque carminis genere promiscue pedes quatuor usurpant, tribrachyn, spondeum, dactylum, & anapestum, excepta regione ultima, quam in iambico solus possidet iambus, in trochaico solus trocheus. Comicorum tantum hæc, non Tragicorum licentia est, quæ Græci tragici, & latinus seneca, non putauerunt sibi sumendam.

De uersu anapestico.

Anapesticus, dictus est ex pede principe, qui locis omnibus recipitur, & huius uice, pedes equalium temporū dactylus & spondeus. Atque hi promiscue reperiuntur, ut sepe uersus occurrant, in quibus nullus est anapestus. spondeo dactylus concinne præponitur in monometro, durius dactylus spondeus. Cæsura nulla requiritur, optimusque Diomedii uersus est, in quo singula uerba singulos pedes absoluunt. Apud senecam, qui Tragicorum solus extat, hoc carminis genus fere monometrum est, quod uulgò tamen dimetrorum forma passim reperitur impressum. Quod si recipimus, anapestici dimetri non aliter constabunt quam ex duobus monometris. seneca in Agamènone. O regnorū magnis fallax Fortuna bonis: in præcipiti Dubioque nimis excelsa loco. Et in Hercule furente. Certo ueniunt ordine parca: Nulli iusso cessare licet. Nulli scriptum proferre diem. Recipit populos urna citatos, &c. Carmen est familiare Tragicis rem lugubre tractantibus.

De uersu sapphico.

Sapphicus (à Sappho poetria dictus est, appellatus etiam Hendecasyllabus, ex numero syllabarum undecim) recipit primo loco trocheum, secundo spondeum, tertio dactylum, quarto & quinto trocheum. Cæsura semi-quinaria hic necessaria est. Huic carminis generi fere post tres uersus annectitur Adonicus ex duobus constans pedibus, dactylo priore & sequente spondeo. Horat.

Sapius uentis agitatur ingens

Pinus

Cum dicitur inter oeb  
Arbor una nobilis  
nulla talis sylua profert  
fronds fura profert  
dulce lignum dulces riuos  
dulce pedes suspirat

Spont. uersus pedibus hinc dicitur  
Quæ non habet anapestos, anapestos  
Quæ pedes anapestos, spondeos, dactylos

Monometrum intellige quod ex duobus pedibus constat. sed hoc ego dimetri esse malim in carmine anapestico, & tetrametrum, quod alius dimetrum est, id quod musico pulsu metienti non erit difficile cognoscere.

Sapphicus uersus pedibus hinc est.  
Tro: spondeo. dactylo. trocheus



Pinus, & celsa grauiore casu  
Decidunt turres, feriuntque summos  
Fulmina montes.

In coniungendis diuersi generis versibus nihil audendum nobis est, sed  
veterum spectanda sunt exempla.

De versu Phaleucio seu Hendecasyllabo.

Phaleucius, peculiari nomine dictus Hendecasyllabus, recipit primo loco  
spondeum varius trocheum aut iambum, secundo dactylum, tertio,  
quarto, & quinto trocheum. Mart. Quod sis, esse uelis, nihilque malis. su-  
mmum nec metuas diem, nec optes. semiquinaria casura, licet abesse possit,  
uenustius tamen adhibetur.

De versu choriambico Asclepiadeo.

Asclepiadeus, recipit primo loco spondeum, secundo dactylum, tertio  
casuram, hoc est syllabam longam, qua dictionem finit. quarto & quinto  
dactylum. Prudētius: Inuen tor ruti li dux bone luminis, & c. Metiri pos-  
sumus & hoc modo: Inuen tor rutili dux bone lu minis. ut versus ex spo-  
dao, duobus choriambis & pyrrichio constet.

Nonnihil ab hoc distat choriambus ille, qui primo & secundo loco da-  
ctylum uel spondeum recipit, tertio casurae syllabam longam, quarto da-  
ctylum, quinto spondeum. Boetius: Heu quam precipiti mersa profundo  
Mēs hebet, & propria luce relicta Tendit in extremas ire tenebras, & c.

De versu Glyconico.

Glyconicus recipit regione prima spondeum, secunda & tertia dacty-  
lum. Seneca trag. Illi mors grauis incubat, Qui notus nimis omnibus,  
Ignotus moritur sibi. Alij sic metiuntur: Rex est qui posuit metus. ut ver-  
sus constet ex pedibus, spondao, choriambo, & pyrrichio. Inuenitur etiam  
interdum in prima regione quandoque iambus, quandoque trocheus. Car-  
men hoc raro solum ponitur, saepe cū Asclepiadeis uicissim permutatur: Exē-  
pla sunt: Ode tertia lib. 1. carminum apud Horat. Et ode quinta & sexta.  
Sape duos Asclepiadeos precedentes & tertium Pherecratium Glyconicus  
sequitur. Interdum tres Asclepiadeos sequitur.

De Pherecratio.

Constat ex spondao & dactylo & spondao: ut, Illi mors grauis instat, & c.

Admonitio.

Multa carminum genera prudens omitto, quae puer in his, quae prescri-  
psimus exercitatus, ipse per se & suo, quod aiunt, Marte primū apud Ho-



Vitia in carmine vitanda.

ratiū, & deinde apud alios inuestigabit, & si uolet, imitabitur. Non uideretur hic admonendum de fugienda barbarie, nisi praepropera quorundam praeceptorum festinatione pueri nondum primis syntaxeos praeceptis satis imbuti ad carmen raperentur, quos barbarismū & solloecismū saepius admittere necesse est, eaque uitia, quae sunt in primis fugienda, ut sunt, ordinis perturbatio, obscuritas, asperitas, & hiatus, &c. Discant igitur pueri primum in oratione soluta uitare barbariem, seu illatinum sermonē, perturbationem ordinis, & ineptam coniungendorum distractionem, quae parit obscuritatem, maximum in dicendo ac scribendo uitium: itēque hiatus, asperitatem, & inconcinnitatem. Eadem deinde fugiant in uersiculis faciendis: caueant, ne quid in oratione, aut carmine uel desit, uel redundet, ne quid sit dissipatum. uident Leoninos uersus, qualis ille est: I nunc, & uerbis uirtutem illud superbis. Et eos in quibus plures dictiones sunt eadem consonante incipientes, ut ille: O Tite tute Tatis, tibi tanta tyranne tulisti. Omnem denique hiatus & asperitatem fugiant & inconcinnitatem: ut Grata malis lis. O fortunatam natam, &c.

Cōsiliū optimū carminis scribendi.

Admonendi quoque sunt pueri nihil in re poetica sine imitatione profici, nullūque melius collocari tempus, quam quod lectitandis optimis poetis datur. Quamobrem legent illi quidem multum, & singulos uersiculos digitis & apta modulatione metientur, uerbis omnibus diligenter discussis, & animaduersa singularum quantitate syllabarū, nec sine poetica lectione unquam ad scribendum proficient. Verlectis autem diligenter & bene cognitis eius generis uersibus, quos ipsi facere student, numeros memoria tenebunt, & mox collecta uerborum copia, genioque carminis cognito, similia poemata pangere bonis auius incipient. uiliter monet Horatius in arte poetica, ut poema scripturus argumentum ingenio suo idoneum deligat, & materiam uiribus aequam mox apto carmine scribendam, & rebus conueniente. Tum potenter, & pro uiribus delectam & bene excogitatam ordine poetico disponat, & praesente facundia, uerbis electis, mollique fluxu decurrentibus exornet. Postremo diligenter idem poema saepe sub incudem reuocatum castiget, diūque supprimat. quod quidem mihi difficillimum omnium esse hoc tempore uiderur.

Atque haec quidem quae sunt haec tenus à me breuiter collecta, sufficere arbitror primae puerorum in grammatica Latina institutioni. Cui mox Graeca succedet grammatica, & huius in libello Graeci alicuius authoris diligens repetitio, singularūque uocum discussio, cuius ex Nicolai Clenardi medita-



meditationibus exemplum petetur. Restare uideo grammaticas figuras, quas Petrus Mosellanus utiliter in tabulas retulit, quibus diligens praeceptor etiam rhetoricas, quas breuiter in rhetoricis nostris explicuimus, addet. Discant eas pueri in authoribus optimis obseruare, Cicerone, Casare, Terentio, Virgilio, Horatio, & similibus. Primum enarrari uelim Ciceronis libros de officiis, de senectute, de amicitia, &c. Terentium, Aeneida Virgilij, deinde epistolas Horatij, aliquid ex Casare uel Salustio, uel Liuiio. Ex Graecis Luciani aliquot dialogos. Quod reliquum est, praeceptorum prudentiae committendum est, quorum praecipua cura esse debet, diligenter exercere pueros epistolis scriptitandis & uersiculis faciendis, eosque dicendi & scribendi quotidiana exercitatione ad latinæ ac puræ orationis facultatem perducere. Pueri autem & adolescentes ubi iam ex prælectione praeceptorum amare literas coeperint, & intellectos authorum libros amplecti libentius, ipsi non contenti praeceptorum prælectione succisuius horis plura uelut raptosubducentes ac furtim legere studebunt, quorum auiditatem praeceptor acuet, & quos primum cognoscere libellos oporteat, indicabit: Erasmi aliquot opuscula: De conscribendis epistolis: De copia uerborum & rerum, quibus ad rhetoricam præludendum est: Epitomen in elegantias Laurentij Vallæ, cui adiecta est farrago sordidorum uerborum per Cornelium Crocū iam recognita. Dictionarium poeticum, libellum utilem poeticis fabulis cognoscendis & nominibus propriis: Cui rei etiam Luciani dialogi, & Ouidiana metamorphoses mire conducunt. Laurentij Vallæ elegantiarum libros sex, &c. Adrianum Cardinalē de sermone Latino. Maturinum Corde-rium. hos pueri saepe consulēt, & ex horum obseruationibus ipse obseruare similia discet. Grammatica mox dialectices & rhetorices elementa quàm simplicissima succedāt, quæ nos & latine & perspicue facillique compendiotradere conati sumus. Conscripsimus & libellum de sphaera & primis Astronomiæ ac Geographiæ rudimentis, quorum est utilissima pueris & adolescentibus ingenuis maximèque necessaria cognitio. Quibus addendū naturalis philosophiæ ac moralis aliquod compendium, & quadam numerorum ac geometriæ præcepta. Atque hæc omnia multo que etiā plura hoc præsertim tempore (quo summa discendi commoditas est, & oportunitas incredibilis in signi Dei beneficio, tot sunt eruditi, tot eruditorum lubricationes, tot compendia artium, tot consilia doctorum & admonitiones) non ita magno labore nec tempore longo studiosi comparare possint, dum ne sibi desint, & bonum nacti sint præceptorem, qui compendiarum



A 185 30 19

via ad optatam metam cursu contendente puerum uel adolescentem liberali perducatur. Comparata iam artium precepta precipua adolecentes in authorum scriptis obseruent, & in suis imitentur. Et prater eloquentissimos, ex quibus sermo reetus petendus est, legant etiam eos, unde rerum multarum honesta ac liberalis cognitio petatur, quales sunt historici ueteres, latini & greci, precipui uero, qui de rerum natura, de recte uiuendi ratione, de artibus humanitatis & philologia scripserunt. sepe reuoluat aureum illud adagiorum opus Erasmi, incredibili rerum optimarum copia repletum. Denique inter cuncta legant, & percontentur doctos ut Horatius monet, qua ratione queant traducere leniter animum.

FINIS.

[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]



foliis rose foliorum hbi. sicut p<sup>re</sup>cedit de ad v<sup>er</sup>o  
foliis rose foliorum ad, n. 1. incipit ad v<sup>er</sup>o

Dactyloru' albaireu'. Odi p<sup>er</sup> s<sup>er</sup>u<sup>m</sup> vulgus et arcto  
Jamba <sup>foliorum</sup> ratura constas digitiq<sup>ue</sup> duobus.

Dactyloru' alermaniu' h<sup>er</sup>cto.  
Virginibus pudisq<sup>ue</sup> ranto.  
Ep<sup>er</sup> binis digitis constans, binisq<sup>ue</sup> troctis

<sup>1. rornabit</sup>  
Aristop<sup>er</sup>gamus, rornato et ap<sup>er</sup>trargo r<sup>er</sup>tat  
Ep<sup>er</sup>lo fuerit: Lydia d<sup>er</sup> p<sup>er</sup> omes.



*[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

27



In a polluo puer ex epi cogi... nobile si epla pphibz  
de necesse ab vtroq

Amorem vel ston quatuor diebus pte  
at si ad eorum noue diebus si ad q. 10 die  
bz pteact z ludo p d m m a sup allia ter  
debent laudari z locum a tca aliam pte  
recondi. de q. 9. 2. h. p. negat. t no  
p stoz plosim 10 ibit si aliquid tpe atar  
m alia est a ranea no tene recipi h ig  
com 2. **C**asus q si quis p e d m m m  
z abire con euomit corpus q accepit si e  
stare laud qz diebz pteact rem d si laudat  
ut monachos vel quicunq aliud dicit vel qz  
no diebz si aut tunc ex m p t r a a c o d i c  
no diebz pteact. **C**o d i c t p n h i l q d p  
p u i s d i c o q d i g n i t a t e s t m h s a c r o p m  
fit g n a s u b s t a n t i s . s i p a r e p t e x b n s i c i  
d i c t g n a m h e n s . **A**d d i c t q d i c o q u i l l e d i e  
f e s t f u n d a t r o n h i g a d s i g n i s e x p u s i  
z h i g n i e m q f u i u e b n t o m m m m  
z h i s u f f i c i t a d b n e m h o s a n . **A**d d i c t q z  
p n o m h i g e m b l a n m s t r a m p l a c o m o  
a r p u l p a e x p u r p r o u t m a r i t e r o .  
**C**o d i c t q u i d a m q o m s d i c o q z p d e d i c e n a l  
s i t i l l o p o s t c o m e s t e m u t e c h o m e n a m p m i a  
h i s a c r i m e x z c o r d i b z q d a b a t d i s t e b o n s  
m o a u o b r u e n e n d a m s i c i p q o p a p t o p  
m s t r a m s u s s a m a d e d i a t e s t a i e m m s  
h a u t s t d u e v e s z e . **I**u m m  
I s t a e s t d i s t i n c t i o q m q u a t p o s t q  
m a g i s d e c l a r a u t q u i d e s t s a c r i m  
s u a l z q u e v e l s i c i h i c a g r e d e r e c i p i  
h o l i e r m z q n o e n t h a n e d i a m q n e  
**T**er q u i m s e r a p i e n d u s s i c a c o i o n e  
p n o o n n o h o c e n e a d c o i e m s a m e l  
m a m o e s t d e p e z r e s p . o m n i s d e u s z  
d e u s b i d i c i t q o m n i s p p u m m s s a m e l i d  
m u i m a m o d e b c o i c a r e m u l l u s a n e r a  
e s t a d a b e o a d q u o d t e n e e . **C**o n t p m a  
c o r p u . q u i n a d u d u a t z d i b i t m d i g n e  
m d i c a t s i b i m a n d u a t z e t a l i s a n e s t  
c o r p u s g e z e . **C**o n o z d i c o v . q u i s p

si miter m mensuro sic eradi duo q nactent  
net 2 post p p p r . d . q . e . i . h e n a b s a m l a n  
d i a d e s t s i a c c i d i t n o m d u c h i d i . d . q . e . u l l o  
**C**o c a l o s i p o l l u o n o r n d e x a p i a t a s a c t o d o  
q n g a b l i t e d u b i t z v n t p u e n t d e b z n e c i o  
A b s t i n e a p o e p n e z c e l e b r a n e s i p o l l u o p u e n t  
e x c r a p t a b e d i t a t t u r p i m a g i r e c o a h i t  
a p o e p n e z c e l e b r a n e d e c o n g o m o d e n e c e y  
s i a u p o l l u o p u e n t e x c r a p t a b e d i t a t t u r p i  
m a g i n e n o m p e d i t a p o e p n e p p h i b i z d e c o n  
g o a c e l e b r a n e s i n a t a s i m e d i c i t s i a n p u e n t  
e x s u p p l i e n e n o m p e d i t m d e q u i s i a n p u e n t  
e x t u r p i m a g i n e v e l c o g i n e c o m a l i p h i b e t  
d e c o n g o n n a t a s a p o l e d e h u s d . o . e s t a d  
s i a n p u e n t e x m e r a l i l l u e d o a l d e c o n g o  
m p e d i t a b u r p i p p h i e q v i d e t q p z d i l l u p a  
m a m a l p m h i s e d u p m i t a l p e m a r e u l p u o  
c a r e m n o b s i a n p u e n t a p p a r e f r u c t u m n o b  
p u l l e m m p e d i t e v e l n o e s t a b t r a d i s . o . n o  
e s t a m . **C**o n d o s i n e l l o p d e a p n a t s u s p e n d i o  
d e b e t d u n e u a l d i c o q n p u e n t c o n f a c i d i t  
u l t o n f a c d e d e r a t d e b z e i s a n z e . q . v l e a b a p  
u l t o r n o s e d h o s t e n q c a b e n o e s t n e g a n d i  
s a p u l a s i n e d i c e l p u n i t a l . **C**o d i c t q s i e r o u a n  
s i e r a d a c o i o n e d u o q s i e p m o l a d o p e d i s  
d e e u a l z e b o d e p o m . n . q . 2 . q m d i z h n o s  
n f o r e s u e d o p h a r z l e i g n o r a s s e . u l l o f u i s s e  
e r o u a n p u e n t q f u n t a u e d o d e e i p u n i a m  
d i s t q z . e . i . m i n i m d u o e n . q d o p o e .  
e t n a l d i d i t q d d i s t e n t p m a d o m o r t s i s a c i s  
i f f e a t p e i s a n o a m b n d e s a m u d e p q d i  
q u a r o s l l o b o n d a l i e r p m u a s e r a m o e o n t  
e r o r d i p d u o s m e n t a s t e n m p r a l i l l u d s a a u u c o n  
m o r a t b n d o n e v i d e a n o p u e n t . **C**o d i c t q  
s i f u r o s i s p e r a t a c o i o n e d u o q s i a l i q u i s  
e s t f u r o s i s a n u e n t z n a t a m a s i p a n  
f i m a l l i q l u a d o m e t a l l o p e u a t e i d a n s i d a  
n o e s t f u r o s i s a n a t a m a z p l i t e e m p a r  
m o r t i u s a u e q u o c o n f a c i t n o e s t e i a n d a  
e r e d e b o n o t e u s e f f e u m a d i o r e s s a q u i d

de q. 2. d. 2.  
e. si q. 8. p. 2. d. 1.  
a. 2. 1. d. 1.

font.



7608



